


ISLANDS LANDNAMABÓK.

HOC EST:




LIBER ORIGINUM ISLANDIAE.

VERSIONE LATINA, LECTIONIBUS VARIANTIBUS, ET RERUM, PERSONARUM, LOCORUM, NEC NON VOCUM RARISSIMARUM, INDICIBUS ILLUSTRATUS.

Ex Manuscriptis Legati Magnæani.

HAVNIAE, 1774.

TYPIS *AUGUSTI FRIDERICI STEINII.*



L. B. S.

Origines gentis suæ, primaqve ejus incunabula ex tenebris antiqvitatis eruere, omnibus qvidem desideratum, paucis concessum fuit; nam quo altius hæ repetuntur, eo plura obstacula, majoresqve tenebræ animum sciendi avidum retinent, idqve adeo qvidem, ut omnibus numeris absolutam & certis ac indubitatis testimoniis ubiqve suffultam originum notitiam haberi posse, vix unqvam speret, qvi variam rerum humanarum, earumqve notitiæ propagandæ sortem recte perpensaverit; unde etiam paucissimæ gentes originis suæ historiam, augusto hoc nomine dignam, monstrare possunt. Id autem præ multis peculiare habuit colonia Norvegorum, quæ seculo nono Islandiam inhabitare cæpit, ut historiarum alias studiosissima, suam præprimis coleret, quam a

 summis



ſummis ejus primordiis jugiter repetendo, & junioribus præclara majorum facta inculcando (*), *genealogias ſimul ac origines gentis, per fidelem & ſæpius iteratam traditionem, maxima cura conſervavit, usqve qvo, majore & faciliore literarum Romanarum uſu poſt paucas omnino ætates introducto, integra majorum, inde a terræ primum inhabitatæ tempore, ſeries genealogica, eorumqve facta maxime illuſtria literis conſignarentur. His fundamentis nititur hicce* DE ORIGINIBUS ISLANDIAE LIBER, *qvi inter primos*

librorum

(*) Illuſtri hac de re loco ſuam relationem Codex Melenſis infra nominandus ſeqventibus claudit: " Þat er margra manna mál, at þat ſe úſkylldr fród-
„ leikr at rita landnám; enn ver þykiunſt helldur ſvara kunna útlendum
„ mönnum, þá er þeir bregda oſs því, at ver ſéom komner af þrælum edr
„ illmennum, ef ver vitum víſt kynferder ſannar; ſva ok þeim mönnom,
„ er vita vilia forn fræde eda rekia ættartölur, at taka helldur at upphafi
„ til, enn höggvaſt í midt mál; enda ero ſva allar vitrar þióder, at vita
„ vilia upphaf ſinna landsbygda, eda hvers hverge til hefiaſt, edr kynſlóder. "
Id eſt: *multorum qvidem hominum hic ſermo eſt, qvod nimis remota vel longe petita cognitio ſit, occupationem terræ deſcribere; nobis vero videtur ita optime reſponderi poſſe peregrinis, ubi forte nos a mancipiis vel maleficis ortos eſſe calumniantur, ſi veras gentis noſtræ genealogias certo ſciamus. Deinde etiam eis, qvi veteres hiſtorias exacte cognoſcere, & genealogias pertexere avent, melius multo ſatisfiet, ſi rem ab ipſis ejus initiis repetamus, qvam ſi in mediam involemus, & velut abrumpamus. Deniqve omnibus populis, qvi ſcientias coluerunt, curæ cordiqve ſemper fuit, ut habitationum patriæ initia & incrementa, ſeriemqve majorum diligenter perqvirerent.*



librorum gentis historicorum numerandus esse, communi reliqvorum consensu comprobatur, & qvemlibet insulæ tractum, ejusqve limites cum nominibus locorum, qvæ maximam partem adhuc hodie supersunt, enumerat, historiam occupationis & primos cujusvis incolas, eorumqve ut plurimum majores & posteros recenset, & unde qvivis & qva occasione novam hanc patriam sibi qvæsiverit, multis pertexit.

Ut autem talis labor unius hominis vires certe superat, ita & huic libro tam feliciter cessit, ut summi nominis inter Islandos historici manum illi admoverint, & non solum plures coævi diversas insulæ partes præ reliqvis sibi describendas primum sumserint, sed & subseqventi ætate, viri historiarum peritissimi priorum labores ad umbilicum perduxerint. Evenit etiam hic, qvod alias raro in istius ætatis scriptis, ut nullum de autoribus scripti dubium supersit, cum in ejusdem fine (pag. 378.) omnes recenseantur.

Horum autem agmen ducit, magno suo, tam qvoad ætatem, qvam fidem & celebrem eruditionem, merito decantatus ARIUS POLYHISTOR, SNORRONE STURLAEO teste, & primus & veracissimus rerum septentrionalium in Islandia scriptor, anno 1068 natus, & a S.



Vener. FINNO JOHANNAEO *in Historia Ecclesiastica Islandiæ Tom. I. pag.* 193 *sqq. pluribus laudatus.*

Arium in hoc labore proxime secutus est huic ætate suppar KOLSKEGGUS, *ob eruditionem etiam* POLYHISTOR *a posteris salutatus, qvi plus una vice (paqq.* 290. 304. 378). *narrationum hujus libri autor diserte laudatur.*

Horum vero hac de re scripta, ut & GENEALOGIAM ÖLFUSENSEM *incerti autoris (paq.* 319), *nec non* GENEALOGIAM BREIDFIORDENSEM, *a* BRANDO *Priore, qvi honoratissimum* POLYHISTORIS *nomen etiam promeruit (paq.* 106), *scriptam, denuo collegisse & in ordinem redegisse videtur* STYRMER POLYHISTOR *(paq.* 378), *anno* 1245. *mortuus, cujus laudes canit intima cum* SNORRONE STURLAEO *amicitia, pro qvo in Comitiis Universalibus anni* 1231. *& sæpius Legiferi officio functus est; eruditionem autem summam* VITA OLAI SANCTI *Norvegiæ Regis, qvalem* CODEX FLATEYENSIS *eam exhibet, abunde demonstravit (Vid. &* FINNI JOHANNAEI *Hist. Eccl. Island. loc. cit. paq.* 213.

Post Styrmerem huic libro emendando & supplendo manus admovit maximi nominis historicus STURLA THORDI *filius*



filius (pag. 378), SNORRONIS STURLAEI ex fratre nepos & discipulus, de cujus vita & scriptis magna multaque in viri laudem dici possent; cum vero horum summa capita pro suo scopo pridem indicaverit F. JOHANNAEUS, (loc. cit. pag. 210), eo lectorem, brevitati litanti, ablegare fas esto.

Tandem ultimam libro limam attulit suæ ætatis in Islandia longe eruditissimus HAUKUS ERLENDI filius, qvi ex STYRMERIS & STURLAE scriptis opus, qvale nunc existit, concinnavit (pag. 378). Floruit autem HAUKUS seculo decimo tertio exeunte, nam fide ANNALIUM REGIORUM *anno 1294, & sæpius exinde, Legiferi in patria officium gessit, anno vero 1334 obiit. Vid. FINNI JOHANNAEI Hist. Eccl. Isl. Tom. I. pag. 589. Unde & simul patet, hunc* DE ORIGINIBUS ISLANDIAE LIBRUM *seculo duodecimo ineunte primum conscriptum, seculo vero seqvente ulteriori cura & lima perpolitum & ad umbilicum perductum esse.*

Ut igitur liber plures habuit autores, ita nec mirum, exemplaria ejusdem magnopere a se invicem discrepare, de qva diversitate vir de historia Islandica meritissimus BIÖRN DE SKARDSA, qvi initio seculi præcedentis vixit, commentatus esse perhibetur, qvam tamen commentationem vidisse mihi non contigit.



contigit. Quæ autem in instructissima Bibliotheca MAGNAEANA *existunt libri exemplaria MSS., ad tres classes referri possunt, quibus quarta, si lubet, adnumeranda venit, quæ ex duabus primo loco nominandis conflata esse videtur.*

Prima harum classium LANDNAMA *sive* LIBER ABORIGINUM *proprie, vulgo appellatur, quæ cæterorum ordinem non ubivis servat, nec tot aboriginès, nec posteriorum seriem in tantum, ac reliquæ, pertexit. Ita hujus classis exemplaria* ERICUM *prius quam* VEKELEM *(pag.* 209 *sq.) recensent, &* HERIOLFO *(pag.* 327) *prorsus omisso, pauca tantum de filio ejus* ORMO *post* DUFTHAKUM *(pag.* 338) *adferunt. Nomen* THORFINNI *Abbatis (pagg.* 141. 151), BRANDI *Prioris (pag.* 106) FLEINIS *Poëtæ (pag.* 322) *&* MÖRDI *(pag.* 331) *laudes; mentio* SIGARIS *&* HAGBARDI *(pag.* 256); *Leges* ULFLIOTIANAE *(pag.* 299. *sqq.) &* HARALLDIANAE *de occupatione terræ (pagg.* 307. 321. *sq.); descriptio ultimæ contra* GUNNAREM *de* HLIDARENDIO *expeditionis (pag.* 340); *expeditio & carmen* THORSTEINIS TIADLLSTAEDINGI *adhuc infantis (pag.* 342 *sq.); ut & articuli* KOLBEINN *(pag.* 69) HERIOLFUS *(pag.* 377). *hic frustra quæruntur.*

Maxima



Maxima autem in genealogiis se offert differentia, cum hæc classis multas illarum, aut mancas tantum (pag. 78. sq. 147. sq.) adferat, (qvas reliqva exemplaria ad posteriora tempora ulterius perseqvuntur), aut prorsus omittat (pagg. 63. 73. 106. 127 sq. 140. 206. 231. 234. 239. 259 sq. 266. 345). Genealogia præsertim HAUKIANA, *qvod nec mirum, hic ubivis desideratur, ut & Comitis* GISSURIS, *cum tamen genealogiæ* STURLUNGORUM & ODDENSIUM *qvavis data occasione pertexantur; Unde probabiliter concludi potest, hujus classis libros* STURLAM POLYHISTOREM *autorem agnoscere, qvod ulterius eo comprobatur, qvod recensus autorum hujus scripti ab* HAUKO (*pag.* 378) *adjectus, hic non occurrat. Hujus classis exemplar* MS. *in Bibliotheca Legati* MAGNAEANI *No.* 107. *in Folio unicum exstat, manu* JONAE ERLANDINI *Pastoris* VILLINGAHOLTENSIS, *qvi Episcopo* SKALHOLTENSI *nominatissimo* BRYNJULFO SVENONIO *a codicibus antiqvis exscribendis fuit, & anno* 1672 *obiit, exscriptum ex codice qvodam, ut videtur, lacero & manco, nam præter minores lacunas, nec non eam qvæ hic pag.* 323. *occurrit, in exscripto* ERLANDINO *inde a pag. hujus editionis* 38. *usqve ad* 51. *nihil unqvam exstitit. Hoc exemplar No.* 107. *ubi infra allegatur, titulo* 7. *brevitatis ergo venit; ubi autem alia exemplaria* LANDNAMAM, *sive exemplaria hujus classis, in margine laudant, ibi* LANDNAMAE *tantum nomine usus sum.*



Altera exemplarium hujus libri classis communiter HAUKSBÓK, *sive* CODEX HAUKIANUS, *ab autore, qvi illi ultimam manum imposuit, ut conceptis verbis ipse Codex (pag.* 378) *docet, appellatur. Qvantum hæc classis a priori differat, partim mox est indicatum, partim lectiones variantes, ex utrisqve collectæ, monstrant. Hujus autem, qvam describo, classis, duo, inter MSS. MAGNAEANA, exemplaria existunt, alterum membraneum No.* 371. *in Qvarto, seculo, ut videtur, decimo-qvarto scriptum, sed cujus qvatuordecim tantummodo folia adhuc supersunt. Hæc membrana, cujus lectiones variantes per M indicavi, ab editoribus* KRISTNISAGAE *pridem descripta est, scriptionis autem specimen æri incisum* L. B. *hic exhibetur. Medio seculi præcedentis hæc membrana adhuc integra fuit (præter qvam qvod pag.* 110 *ad* 121. *jam tum defuisse videatur), eamqve supra laudatus* ERLANDINUS *exscripsit, qvod apographum foruli MAGNAEANI No.* 105. *Fol. integrum asservant, cujus diversitates inter lectiones variantes annotatas* 5, *vel etiam, ubi plura exemplaria in margine, ut assolent, Codicem* HAUKIANUM *allegant,* HAUKSBÓK *appellavi.*

Tertia classis MELABÓK, *sive CODEX MELENSIS merito appellari potest, cum ad MARCUM, optimatem (qvi prædium MELOS incoluit, & celeberr. SNORRONIS STURLAEI*

conso-



consobrinus (paq. 298. 305), & hujus filiorum JONAE & URAEKIAE fidus ACHATES erat), MARCI quoqve filium, uxorem & nurum, genealogias jugiter pertexat. Codex ille, qvalis nunc in NN. 106 & 112. in Fol. Bibliothecæ MAGNAEANAE habetur, HAUKIANUM *nuper descriptum ut plurimum seqvitur, multa tamen addit, qvæ, præter compendium qvoddam VITAE VIGA-GLUMI, tam mendose conceptum, ut vix ac ne vix qvidem intelligi qveat, qvod tamen, si ista VITA typis iterum evulganda foret, conferri meretur, inter lectiones variantes suis locis adtuli. Ordo hic in eo a reliqvis differt, qvod partes libri alias prima & qvinta, in codice MELENSI conjunctæ, partem primam constituant, (paq. 18. sq.); qvod tamen ab initio ita non obtinuit, sed ab exscriptore qvodam sui (paq. 376) oblito factum esse patet. Exemplar hujus classis No. 106. supra allegatum (qvod inter variantes 6, illud vero No. 112, 12. appello) manum viri suo seculo doctissimi* THORDI JONAEI *adhuc junioris, qvi ab anno 1634 ad 1670 Pastor HYTARDALENSIS fuit, refert, cujus vestiqia, qvin & menda, presso pede seqvitur fragmentum 112, paucis foliis constans, manu* HELGII GRIMI *filii, ab anno 1652 ad 1691 Pastoris HUSAFELLENSIS, viri in monumentis antiqvis exscribendis diligentiæ haud vulgaris. Qvorum tamen virorum doctrina & accuratio non obstat, qvo minus multa, in*

 nomini-



nominibus præsertim propriis, menda irrepserint; Sunt tamen hic relationes, quæ frustra alibi quæruntur, sunt & quædam, quæ quamvis contextus manifeste reqvirat, in omnibus reliqvis LIBRI ORIGINUM ISLANDIAE *exemplaribus desiderata (ex. gr. pag. 59.), hinc peti possunt. Et ut S. Vener.* THORLACIUS, *dum librum originum Islandiæ anno* 1688 *publici juris fecit, nullum hujus classis exemplar ad manum habuisse videtur, ita, ex allegatis celeberr.* ARNGRIMI JONAE & BIÖRNIS *de* SKARDSA, *inducor ut credam, illos talia exemplaria habuisse, &* VATNSHYRNAM, *a prædio* VATNSHORN, *ubi codex forte inventus est vel asservabatur, appellavisse.*


His tribus exemplarium classibus qvarta, ex binis prioribus, LANDNAMA *scilicet &* HAUKSBÓK, *conflata, addi potest, quæ jam hanc, jam illam seqvitur, auctoritatibus tamen in plurimis exemplaribus margini adnotatis. Hæc classis* MIXTA *vel* ECLECTICA *dici posset, & ad hanc, præter editionem* SKALHOLTENSEM, (*qvam* IMPR. *appello*), *exemplaria* MSS. *Bibliothecæ Legati* MAGNAEANI *NN.* 104. 108. 109. 110 & 111. *in Folio, (qvæ in lectionibus variantibus per* 4. 8. 9. 10 & 11. *denotantur), nec non utrumqve MStum Archivi Antiqvitatum* HOLMIENSIS, *referenda sunt. Horum N.* 104.

manu



manu ASGEIRIS JONAEI, *qvi celeberr.* TORFAEO *a manibus fuit, reliqva omnia nitore & cura superat.* *No.* 108. *bonæ qvidem notæ, sed priori non comparandum, medio seculi proxime præterlapsi scriptum esse videtur.* *No.* 109. *manu* JONAE GISSURII, *BRYNJULFI SVENONII fratris uterini, nati anno* 1590, *exaratum est. Ille postqvam in artibus mechanicis & lingva Germanica haud pœnitendos peregre fecerat profectus, Nupi in DIRAFIORDO consenuit, & multum libris, monumentis præsertim antiqvis, exscribendis laborem impendit.* *No.* 110. *omnibus prædictis exemplaribus postponendum esse videtur; menda tamen huic cum editione SKALHOLTENSI communia, & utriusqve consensus fere perpetuus, illud editoris usibus inserviisse innuunt.* *No.* 111. *est mendosum & jejunum libri originum Islandiæ compendium, in qvo omnes genealogiæ & multa alia desiderantur. Hoc tamen exemplar, & omnia jam memorata exscripta, ante annum* 1688, *qvo iste liber SKALHOLTI prodiit, scripta sunt, qvæ ideo, dum nova parabatur editio, conferri merebantur.*


In Bibliotheca Archivi Antiqvitatum HOLMIENSIS duo hujus libri apographa existunt, qvorum unum est alterius exscriptum. Prius inter libros Islandicos chartaceos in forma octava No. 3. *scriptum est ESIUBERGI in Islandia, anno* 1673,



& cum exemplari Bibliothecæ MAGNAEANAE *No.* 108. *in Fol. maximam partem convenit, nisi qvod notas marginales, frivolas sæpe, qvin & interdum falsas, textui inserat, & plura hic qvam in No.* 108. *deprehendantur menda. Hoc exemplar* ESIUBERGENSE JONAS WIGFUSI *anno* 1688 *folita, id est, haud satis exacta cura exscripsit, librum in sex partes, qvarum ultima post relationem de* BIARNO HUSLANGO *incipit* (*pag.* 383), *& qvinqve partes priores in capita, divisit, ita ut pars prima* 40, *secunda* 124, *tertia* 103, *qvarta* 72, *qvinta* 70 *capita contineat; Utriqve exemplari genealogia* SVERRERIS *Norvegiæ Regis ab* ADAMO PROTOPLASTE *deducta subnectitur, qvæ tamen pro parte libri non est habenda.*

MANTISSA (*pag.* 381 *sqq.*), *qvamvis nec* HAUKUM, *nec, ut videtur, ullum ex pridem nominatis alium, libri originum Islandiæ scriptorem, autorem agnoscat, est tamen monumentum haud infimæ antiqvitatis, qvod varias res lectu dignas continet, & cum nullibi alias, qvam ad hujus libri calcem, & qvidem in solis qvartæ classis exemplaribus* (*excepto tamen N.* 111.) *occurrat, locum, qvem hic occupat, ei concedere non dubitavi.*

Restat jam, ut qvo consilio hæc editio facta sit, tribus tantum verbis indicetur. TEXTUS *ex supra laudato exemplari No.*



No. 104. exſcriptus eſt, editione ſimul SKALHOLTENSI, (utpote qvæ ſecundum qvinqve MSS., qvæ tunc ad manum erant, invicem collata, adornata eſt) ubivis accurate collata. Ex reliqvis autem ſupra laudatis Bibliothecæ MAGNAEANAE MSS. uno membraneo, & octo chartaceis, nec non ARNGRIMI JONAEI Specimine Hiſtorico de Iſlandia, (cujus differentiæ per A. indicantur), lectiones variantes congeſtæ ſunt. Ubi autem plurium exemplarium communis conſenſus laudatum No. 104. erroris convincebat, illud deſerere non dubitavi, ita tamen, ut nihil unqvam propria conjectura, nihil cujus auctoritatem in margine non notaverim, ſubſtituere ſuſtinuerim.

Erat mihi ab initio mens, librum, aut ſolummodo ſecundum exemplaria primæ, aut ſecundæ claſſis edere; ſed cum unicum ſaltem, & præterea mendoſum ac mancum utriusvis exſcriptum adeſſet; cumqve, utrumlibet illorum ad textum conſtituendum eligeretur, diſcrepantias ad duplam libri molem accreſcere prævidērem, ab iſto propoſito deſiſtendum erat.

Cuivis hunc librum legenti gloſſas & annotationes librariorum in textum ſubinde irrepſiſſe patet. Has everrere, & inter lectiones variantes in margine collocare, ab initio ſateqi; Sed cum nullum ſeculo præcedenti antiqvius exemplar, qvod conſtanter

ſeqvi



ſeqvi licuit, præſto eſſet, & tantus exemplarium, etiam in gloſſis aperte textui intruſis (ex. gr. pag. 331), obvius ſit conſenſus, huic quoqve emendationi ſuperſedere coactus ſum.

Sunt & adhuc qvidem in hoc libro loca, qvæ vel cum reliqvis Iſlandorum hiſtoriis, vel etiam aliis hujus ipſius libri relationibus conſiſtere neqveunt, qva in cauſa ſunt ſola menda librariorum, omnibus qvæ ad manum habui exemplaribus communia; hæc emendare, conciliare, & originem ac occaſionem errorum inveſtigare interdum erat facile, ſed interdum etiam tantum non impoſſibile, qvamdiu ſcilicet plurimæ Iſlandorum hiſtoriæ nondum ſunt editæ, cum rara ſint exemplaria MSS. qvibus talis emendatio & conciliatio tuto ſuperſtrui poſſit. Sed illa hujus libri loca, qvæ adhuc dum in mendo cubant, veritati hiſtoricæ non multum nocebunt, nam nec adeo multa ſunt, nec magni momenti, & propediem, qvod Delegatorum monumentis ad antiqvitates ſeptentrionales pertinentibus evulgandis conſtitutorum *labores & merita ſperare jubent, ubi fideles reliqvarum hiſtoriarum editiones prodierint, huic malo medela facile procurabitur.*

ORTHOGRAPHIAM *ſecundum codicem pergamenum exhibere inſtitueram, ſed tam parum hujus ſupererat, & apographum* ERLANDINI, *qvantum ad orthogprahiam pertinet, tam vitioſe deſcriptum,*



descriptum, ut hoc propositum missum facere necessum esset; secutus igitur sum quam maxime exemplar N. 104. ita tamen, ut þ, in medio vocis, per d, & z, per ss. st. ts. ds. ns. & s, prout ratio soni & sensus ferebat, expresserim, & accentus vocalibus longis, quo ambiguitas declinaretur, apposuerim; Recte quoque me fecisse existimavero, si orthographiam hujus exemplaris, sibi magis constantem, retinuissem, quod tamen consulto non feci, gratum quippe peregrinis fore ratus, si minutas quasdam variationes orthographicas, bonorum exemplarium auctoritate utrinque comprobatas, ex. gr. son & sun, varo, voro & voru &c. hic deprehendere & invicem comparare possent.

INTERPRETATIONEM ad verbum fere institui, quo facilius exteris ipsius textus, non sensus tantum, sed & genius ac idiotismi perspicerentur. Hæc prima mihi cura, nam stylo sæpe verso, ea, quæ Latini erant idiomatis, litura expunxit, voces autem Latinas Islandice constructas iterum substitui; Non quod Romani sermonis lepores & melleam Latii suadam fastidiam, sed quod hic magis referre putavi exteris uno velut oculo textum, altero versionem intuentibus, loquendi modos & idiotismos Islandicos patere, quam his posthabitis comtiore, ast minus fideli, stylo delectari. Carmina quæ hic occurrunt, quamvis verbum fere verbo reddiderim, ad calcem tamen operis paulo uberius enucleavi, quo

artifi-



artificium talis poëſeos ſecundum regulas artis perſpiceretur, qvo & ſimul, ea, qvæ poſt verſionem typis mandatam vel ipſe melius perſpexi, vel eruditi, qvos conſului, benigne mihi ſuggeſſerunt, ſubnectendi occaſionem nactus ſum.

INDICES PERSONARUM *& LOCORUM fuſiores adornavi, eo qvod maxima hujus operis pars circa genealogias aboriginum terræ, & territoria, a qvovis horum occupata verſetur. E contra* INDEX RERUM *tanto eſt contractior, & index vocum etiam in libro hujus indolis non poteſt eſſe prolixus, ubi a principio ad finem una eademqve actio, a diverſis tantum perſonis peracta, deſcribitur. Res tamen, ad inſtituta & mores veterum ſeptentrionalium ſpectantes, qvæ exſtantiſſimæ viſæ ſunt, pauciſſimis indigitavi; eodemqve conſilio vir de ſtudio philologico lingvarum ſeptentrionalium optime dudum meritus, & plus adhuc meriturus Dn.* JOHANNES OLAVIUS HYPNON. *indicem vocum rariſſimarum collegit, qvo ut me, tunc abſentem, magnopere devinxit, ita a Lectoribus, qvod certe auguror, magnas promeruit grates.*

MENDA, *proh dolor, plura, qvam fas eſt, in hanc editionem irrepſerunt. Qvæ ego librum relegens offendi, hæc ſunt, & ita reſtituenda:*

Pag.



Pag. 10. sq. *soldurii* rectius *sorii* appellantur.
- - 54. lin. penult. Hördar, lege: Hardar.
- - 91. lin. 5. *Einarssundo*, lege: *Seliasundo*.
- - 93. lin. 15. *perierit*, lege: *abierit*.
- - 104. lin. 7. Mínar, lege: Mína.
- - 107. lin. 7. adde: *sororem Helgii Macri*.
- - 187. lin. 1. *ad terram appulit*, lege: *imperium capessivit*.
- - - lin. 16. nád, lege: nádo.
- - 188. lin. 3. not. Aa, lege: At.
- - 189. lin. 6. Ambáttarsun, lege: sun ambáttar.
- - 195. lin. 4. umsuúast, lege: umsnúast.
- - - lin. 18 *Stigamadus*, adde: (*latro*).
- - 196. lin. 3. not. þrettátingí, lege: þrettántígi.
- - 204. lin. ult. Mánaþúsa, lege: Mánaþúso.
- - 208. lin. 6. Svatárdal, lege: Svartárdal.
- - 238. lin. 6. solin, lege: sollin.
- - 251. lin. 2. oe, lege: oc.
- - 257. lin. 4. födur, lege: fader.
- - - lin. 5. *patris*, lege: *pater*.
- - 263. lin. ult. not. adde: Hallberu er átti Marcús Þórdarson á Melum. *add.* 6.
- - ibid. *Hallberæ uxoris Marci Thordi filii de Melis*.
- - 266. lin. 5. födur, lege: fader.
- - 268. lin. 1. *fratris*, lege: *filii*.
- - 281. lin. 15. *duplo*, lege: *triplo*.
- - - lin. 18. Ketell, lege: K.tel.
- - 282. lin. 11. Gumle, lege: Gamle.
- - 299. lin. 20. *omnia comitia legalia*, lege: *omnes conventus forenses, quibus ipse præesset*.
- - 368. lin. 9. *tesqvas*, lege: *tesqva*.
- - 377. lin. 10. *monstrum marinum*, lege: *fluctus decumanos*.

Hæc, & qvæ plura forsan deliqvi, ut B. L. *in meliorem partem vertat, rogo. Cætera ille mecum debet Illustrissimo* S. R. M. *Parastatæ Clavigero PETRO FRIDERICO SUHM,*

 qvi



qvi non solum omnes editioni sumtus impendit, sed &, præter plurima alia beneficia in me collata, lautum, dum editio parabatur, stipendium mihi numeravit, & singulas deniqve plaqulas, antequam prelo mandarentur, relegit. Scribebam Hafniæ Cal. Aprilis Anni MDCCLXXIV.

JOHANNES FINNAEUS.



LAND-

Ex Membrana in 4º. Nº. 371.
Leg: A. Magnæi in Bibl: Un Havn:

Grimr h. s. ingialls. s. hrollz. s. or haddingiadal brod' asa h'sis h' foer' islandz i dalatr ⁊
sigldi f' nordan. fō h' var v vetrin i grims ey a steingims f'. sigdis h. kona h' en þor. s.
grimr reri t fiska v vetrin m; þrælv sinv ⁊ s. h' var m; hm ⁊ e' sveinin tok at kala þa
forv h' h' i solbelg ⁊ drogu at halsinv. grimr dro margmelh. ō mł segdv oss ævi vara
⁊ langhvella ber þv e' hei enga vardar ydr at vita adra en sveinin i selbelginv f' at
þv mant davde ade var kōi en grim. þui ek þar byggia ⁊ to nēa sē skalm mer. þin legz vnd'
klyfiv en sidar v vetr andadiz grimr ⁊ e' þar heygdr. þav bygdis ⁊ þor. f' v vattr ok grims
ey vestr yf' heidi t breida fiardar skalm geck þallt sumarit ⁊ lagdiz alldregi
ānan vetr v þav a skalmar nesi i breida f. en of sumarit ept' lyo þav sudr þa geck
skalm f' f't e' þav kōv af heidv sudr t borg. f. þar sē sandmelar .ij. ravdir v f' lagdiz
skalm nidr vnd' klyfiv vnd' hinv ytra melinv þar nā þor. to f' sunan grimpa t kalldar
f' nedan knappa dal ⁊ lagar allt milli fialls ⁊ fiora. h' bio at ytra ravda mel. þav.
þer gamall ⁊ blindr e' h' kōvt sid v kvelld ⁊ sa at m rer v tan i kalldar ar os a iarn
nockva mikill ⁊ illilgr ⁊ geck f' a lō vpp t bear þ e' i rip. h. ⁊ grof f' i stodvls lidi
en v nottina kō þar vpp iardelldr ⁊ bran ravn þar. h' borin sē nv e' borgin. s. sel þoris
v f' pnir e' atti iorpdi d' tungu odr d' pinr v pride e' atti f' brande i alpta. f. f'r sel þor
frænde hin heidnv do i þoris hiogg pigils ⁊ þkell sk f' pinr atv badir vnn d' alf i dolū
Rolleim klackhofdi at la. s. or ar leytu af riolū — skalm do i skalmar kelldo

LANDNÁMABÓK ÍSLENDINGA.

ÞETTA ER PROLOGUS FYRI BÓK ÞESSI.

Í alldaſars bók þeirri er Beda preſtr heilagr gordi (*a*) er getit eylands þeſs er Thyle heiter, oc á bókum er ſagt at liggi ſex dægra ſigling í nordur frá Bretlandi. Þar ſagdi hann eigi koma dag á vetur, oc eigi nótt á ſumar, þá er dagr er ſem lengſtr; til þeſs ætla vitrer menn þat haft, at ísland ſe Thyle kallat, at þat er vída á landino, at ſól ſkín á nætor þá dagr er ſem lengſtr, enn þat er vída at ſól ſer eigi um daga þá nótt er lengſt.

A Enn

LIBER DE OCCUPATIONE ISLANDIÆ.

HIC EST LIBRI PROLOGUS.

In chronico quod Sanctus Beda ſacerdos (a) *ſcripſit, mentio fit inſula quæ Thyle appellatur, & juxta libros ſex nycthemeriorum navigatione à Britannia ſeptentrionem verſus diſtare perhibetur. Ibi diem, durante bruma, & noctem, æſtate ubi dies eſt longiſſimus, non contingere retulit. Hæ igitur fuere peritis viris rationes, Islandiam Thylen appellari, cum in multis terræ (iſtius) locis, ſol, cum dies longiſſimus eſt, pernox ſplendeat, multis quoque in locis ſol interdiu non conſpiciatur, dum nox longiſſima eſt.*

Beda

(*a*) um landa ſkipan í heiminum *add. impreſſ. &* 11.

(a) *de conſtitutione mundi regionum.*



Enn Beda prestr andadist siau hundrudum þriátyge oc fimm árum epter holldgan vors Herra Jesu Christi, at því er ritat er, meir enn hundradi ára fyrr enn Ísland bygdist af Nordmönnum (*b*).

Enn ádur Ísland bygdist af Nordmönnum varo þar þeir menn er Nordmenn kalla Papa, þeir varo menn kristner, oc hyggia menn þeir hafi verit vestan um haf, þvíat fundust epter þeim bækor írskar, biöllor oc baglar, oc enn fleiri lutir, þeir et þat mátti skilea, at þeir varo Vestmenn, þat fannst í Papey austur oc í Papyli, er oc þess getit í bókum Enskum, at í þann tíma var farit millum landanna.

Beda vero sacerdos obiit, anno à nativitate Domini nostri Jesu Christi septingentesimo tricesimo qvinto (b), *ut scriptum invenitur, plus qvam centum annis ante Islandiam à Norvegis inhabitatam.*

Sed antequam Islandia à Norvegis inhabitaretur, ibi homines fuerunt qvos Norvegi Papas vocant, qvi religionem christianam profitebantur, & ab occidente per mare advenisse creduntur, ab iis enim relicti libri Hibernici, nolæ & litui & res adhuc plures reperiebantur, qvæ indicare videbantur illos Vestmannos fuisse. Hæc inventa sunt in Papeya orientalium & Papyli; libri qvoqve Anglici, tunc temporis navigationes inter terras (istas) increbuisse, perhibent.

(*b*) at því er ritat er. Meir enn hundrad árum fyrr enn Ísland bygdist af Nordmönnum, varo þar þeir menn er Nordmenn kalla Papa. 4. 9. 10. *sed mendosa est verborum interpunctio.*

(b) *ut scriptum invenitur. Plus qvam centum annis ante Islandiam à Norvegis inhabitatam, ibi homines fuerunt qvos Norvegi Papas appellant.*

HER



HER HEFER
LANDNÁMABÓK
ÍSLANDS BYGDAR.
FYRSTI PARTR
SEGER FRÁ ALMENNELEGRI
BYGGING LANDSINS.

I. CAPIT.

Á þeim tíma ſem Íſland fannſt oc byggdiſt af Norvegi, var Adríanus Pávi í *Róma* oc Johannes ſá er hinn Fimti var med því nafne epter hann í poſtulegu ſæti. Enn Hlödver Hlödverſſun Keyſari fyri nordan feall, enn Léo oc Alexander ſun hanns yfir Miklagardi. Þá var Haralldr hinn Hárfagri Kóngr yfer Norvegi, enn Eirikr Eymundarſun yfer Svíþeód oc Beörn ſun hanns; enn Gormr hinn Gamli (*a*) at Danmörku, Elfrádr hinn Ríki í Eng-

(*a*) fimtugaſti oc áttundi Kóngr. 6. 12.

HIC INCIPIT
LIBER DE OCCUPATIONE
ISLANDIÆ INHABITANDÆ.
PARS PRIMA
DE GENERALI TERRÆ
INHABITATIONE PERHIBET.

CAP. I.

Quo tempore Islandia primum à Norvegis inveniebatur & inhabitabatur, Adrianus Pontifex Romanus & Johannes ejus nominis Qvintus, ei ſuccedens, cathedram tenuere Apoſtolicam. Sed Ludovicus Ludovici filius erat Imperator transalpinus, Leo autem ejusqve filius Alexander Conſtantinopolitani. Tunc Haraldus Pulchricomus in Norvegia, ſed Ericus Eymundi filius, ejusqve filius Biörn, in Svecia, & Gormus Grandævus (a) *in Dania regnare. Alfredus Potens, ejus-*

(a) *qvinqvageſimus & octavus Rex.*

í Englandi oc Játvardr ſun hanns, enn Kiarvalr at Dyflinni á Írlandi. Sigurdr Jarl hinn Ríki at Orkneyum (*b*).

ejusqve filius Edvardus in Anglia, Kearvalus Dublini in Hibernia & Sigurdus Potens Comes in Orcadibus (b) *regnabant.*

Sva ſegia vitrer menn, at ór Norege frá Stadi ſe ſiau dægra ſigling í veſtur til Horns á auſtanverdu Íslandi. Enn frá Snæfellsneſi fiögra dægra ſigling til Hvarfs á Grænlandi í veſtur þar ſkemſt er. Af (*c*) Húſunum í Noregi ſkal ſigla jamnan í veſtur til Hvarfs á Grænlandi, ok er þá ſiglt fyrer nordan Healltland ſva at ſeór er í mideom hlídom, oc þá at eins ſe þat, at algód ſe ſævarſýn, enn fyrer ſunnan Færeyar ſva at ſeór er í mideom hlídom, enn ſva for ſunnan Ísland, at þeir hafe af fugl oc hval (*d*). Frá Reykeaneſe á ſunnanverdu Íslandi

Viri periti aſſerunt è Norvegia de Stadis ſeptem nychtemeriorum ad Horn in orientali Islandia occidentem verſus navigationem eſſe; ſed à Snæfellsneſo occidentem verſus qvatuor nycthemeriorum ad Hvarf in Grönlandia navigationem, ubi diſtantia eſt minima. Ab (c) *Huſis in Norvegia navigatio ſemper occidentem verſus ad Hvarf Grönlandiæ inſtituenda eſt, & quidem à ſeptentrione Hitlandiæ, ità ut de mari ſuperior tantum pars montium conſpiciatur, & hoc tamen ſi nihil proſpectum de mari impediat; ſed à meridie Færöarum ita ut ſuperior tantum montium pars è mari eminens videatur, & ità qvoqve à meridie Islandiæ, ut aves* (*maritimas*) *& cetos conſpiciant* (d). *A*

(*b*) oc Kataneſe, ſun Eyſteins Glumru, oc Torf Einar bródur ſun hanns *add.* 6. 12. *marg.* bróder Rögnvallds Mæra Jarls *add. impr.* 6. 11.

(*c*) Húſinum 4. 6. 9. 12. Húſum 8. 10. Biörgvin 5.

(*d*) þat er tylſt fyri ſunnan Ísland. *impr.* 7. 11. *addunt.*

(b) *Et Kataneſo, filius Eyſteinis Glumræ & Torf-Einar ejus ex fratre nepos.* al. *frater Rögnvaldi Comitis de Mære.*

(c) Vi vocis: *ædificiis.* al. *Bergis.*

(d) *ſive duodecim* (*milliaribus*) *à meridie Islandiæ.*

landi er (*e*) þriggea dægra haf til Jölldulaups á Írlandi, í sudur. Enn frá Lánganesi á nordanverdu Íslandi er fiögra dægra sigling til Svalbarda nordur í Hafsbotna (*f*), enn dægursigling er til úbygda í Grænlandi ór Kolbeinsey nordur.

Sva er sagt at menn skylldo fara af Noregi til Færeya, nefna sumer til (*g*) Naddodd víking (*h*) enn þá rak vestur í haf, oc fundo þeir land mikit, oc gengo upp í Austfiördum á feall eitt hátt, oc sáust um vída, ef þeir sæo reyki edur nokkur líkendi til þess at landit væri bygt

A Reykaneso in Islandia meridionali est (e) *triam nycthemeriorum navigatio meridiem versus ad Jölldulaup in Hibernia; sed à Langaneso in septentrionali Islandia est qvatuor nycthemeriorum navigatio septentrionem versus ad Svalbardum in Hafsbotnis* (f). *Unius nychtemerii navigatio septentrionem versus est ad deserta Grönlandiæ à Kolbeinseya.*

Iter è Norvegia ad Færeyas institutum fuisse perhibetur, princeps itineris à nonnullis nominatur Naddoddus pirata (h), *qvi occidentem versus per mare delatus terram magnam offendit, ubi in orientali parte appellens, montem qvendam altum ascendit, circumqvaqve observans, num fumos aut alia terræ habitatæ signa conspiceret,*

(*e*) fiögra. 10. *marg.* fimm. 5. 11. átta. *impr. ex emendatione Editoris.*

(*f*) Þessir hafsbotnar ero fyrir austan Greipar á Grænlandi oc ero alldre íslausir. *add. impr. & 11.*

(*g*) Naddoc. *A.*

(*h*) Bródur Yxnaþóris, mág Ölvis Barnakarls, hann var víkingr mikill. Af því stadfestist hann í Færeyum at hann átti hvergi annarstadar vel fridt. Hann fór ór Noregi ok villdi til eyanna oc vard sæhafi til þess er fyrer hönom vard land mikit. *impr. 7. addunt. Sed 7. praeterea Gardari primam Islandiæ inventionem attribuit.*

(e) *al. qvatuor, al. qvinqve, al. octo.*

(f) *Hafsbotni isti sunt ab oriente Greiparum in Grönlandia, ubi glacies est perpetua.*

(h) *frater Yxnatboreris, affinis Ölveris Barnakarlis, is strenuam piraticæ operam navavit, ideo Færöas sibi habitaculum elegit, qvod nullibi alias erat securus. Hic Norvegiâ solvens, insulas istas petiit, sed mari diu jactabatur, usqve dum terram magnam offendit.*

bygt, oc seá þeir þat ekki. Þeir fóro um haustit aptur til Færeya, oc er þeir sigldo af landino, fell snær mikill á feöll, oc fyrir þat köllodo þeir landit Snæland, þeir lofudu miöc landit. Þar heitir nú Reidarfeall í Austfiordom er þeir höfdo atkomit; sva sagdi Sæmundr prestr hinn Frodi.

ceret, sed frustrà. Eodem autumno cum sociis Færeyas repetiit, sed cum vela ventis darent, magna nivis copia in montes decidebat unde terram Snælandiam (terram nivosam) appellarunt, eamque magnopere laudabant. Locus ubi appellebant hodie Reidarfiall in orientali parte (Islandiæ) appellatur, ita rettulit sacerdos Sæmundus Polyhistor.

Madr het Gardar sun (*i*) Svafars ens Sænska. Hann átti jarder í Seálandi, enn var fæddr í Svíþiód, hann fór til Sudureya at heimta födurarf kono sinnar. Enn er hann siglde í gegnom Petlandsfeörd, þá sleit hann undan vedur, oc rak hann vestur í haf. Hann kom at landi for austan Horn et eystra at tilvísan módor sinnar framsýnnar; þar var þá höfn (*k*). Gardar sigldi umhverfis landit, oc vissi af því at þat var eyland. Hann kom á feörd þann er hann kalladi Skeálfanda, þar geördi hann hús oc kalladi Húsavík oc var þar um veturin (*l*). Um vorit er hann var búin til hafs, sleit

Vir erat nomine Gardar filius Svafaris Sveci. Is in Svecia natus, in Sialandia prædia possidebat, & ut paternam uxori suæ competentem hæreditatem postularet, Hebrides petiit. Sinum autem Petlandicum prætervectus, occidentem versus in oceanum tempestate delatus fuit. Ab oriente Horn, quod in orientali Islandia est, monitu matris suæ præsagæ appulit, ibi tunc portus erat (k). *Gardar terram circumnavigavit, & inde insulam esse comperiebatur. In sinum, cui nomen imposuit Skiálfandi, pervenit, ibi ædes exstruxit, in quibus hyemem transegit, & loco nomen Húsavic (sinus ædium) imposuit* (l). *Vere cum è portu*

(*i*) Æsfars *A*. (*k*) góđ. *add. impr.* 11.

(*l*) oc skaut báti, þar gekk á Náttfari, þræll hanns oc ambátt, þá slitnadi festin, oc bar þau at landi for vestan feördin fyrir

(k) *bonus.*

(l) *cymbam demisit, cui se concredidere Náttfarius, ejusque servus & ancilla, sed fune, quo cymba navi alligabatur, disrupto, ad terram*

fleit frá hönom mann á báti, er Náttfari het, oc þræl oc ambátt hanns, hann bygdi þar sídan sem nú heita Náttfaravíkur. Gardar fór þá til Noregs oc lofadi miöc landit, hann var fader Una, födurs Hróars Túngugoda. Epter þat var landit kallat Gardarshólmr, var þá skógr midlom fealls oc feöro.

portu erat soluturus, cymba de navi ejus depellebatur, in qva vir erat nomine Náttfarius, una cum ejus servo & ancilla. Hic in loco hodie Náttfaravikur appellato, postea habitavit. Gardar tunc Norvegiam repetiit & terram magnopere laudavit, is pater erat Unii, patris Hróaris Prætoris Tungensis. Postea terra ista Gardarsholmus appellata fuit, tuncqve sylvá, à mari ad jugá usqve montium, obtegebatur.

II. CAP. (*a*).

Flóki (*b*) Vilgerdarsun het víkingr mikill, hann beóst af Rogalande at leita (*c*) Gardarshólma. Þeir láo í Smiörsunde, hann fekk at blóti miklo, oc blótadi rafna þreá þá er hanom skylldo leid vísa, þvíat þá höfdo hafsiglingarmenn enger leidarstein í þann tíma á nordurlöndom (*d*). Þeir lódo þar varda er blótit hafdi

CAP. II.

Flokius filius (b) *Vilgerdæ nomen erat piratæ celebri, ille de Rogalandia ad Gardarsholmum qværendum iter paravit. Navis tum erat in sinu Smiörsundo, ille vero magnum celebravit sacrificium, & tres devovit corvos itineris duces futuros, nondum enim in septentrione magnes nautis erat in usu. Struem lapideam in loco sacrificii exstruebant, eiqve*

fyrir utan Skuggabeörg, enn Gardar kom ödrumegin feardarins oc lagdi þar at landi, var þar um veturin, oc gordi ser þar hús, því heiter þar Húsavík. Náttfari var epter med þræl sinn oc ambátt, og bygdi &c. *impr.* 7.

(*a*) *Hoc caput est secundum Hauksbók.*

(*b*) Valdgardssun. 6. 12. (*c*) Sniólands. 4. 6. 12.

(*d*) *Præcedentia omittunt* 4. 5. 11.

terram ab occidente sinûs extra Skuggabiörg delati sunt, ast Gardar ex altera sinus parte ad terram appulit, ibiqve byemem domo (prius) exstructa, transegit, indè nomen loco est Húsavík. Náttfarius cum servo & ancilla, relictus in loco &c.

(b) *Valgardi.*

hafdi verit, oc kollodo Flókavarda, þat er þar er mætist Hördaland oc Rogaland. Hann fór fyrst til Healltlands, oc lá í Flókavagi, þá týndist Geirhilldur dótter hanns í Geirhilldarvatne. Med Flóka var á skipe (*e*) bónde sá er Heriólfr het, oc annar Þórólfr (*f*), oc Faxe Sudureyskr madr.

Flóki sigldi þadan til Færeyia oc gipti þar dóttur sina, frá henni var Þrándr í Göto. Þadan sigldi hann útí haf med rafna þá þreá er hann hafdi blótat í Noregi, oc er hann let lausan hinn fyrsta, fló sá aptur um stafn, annar fló í lopt upp, oc aptur til skips, þridi fló fram um stafn í þá ætt er þeir fundo landit. Þeir komo austan at Horne oc sigldo fyri sunnan landit, enn er þeir sigldo vestur um Reykeanes oc upplauk firdenum sva at þeir sá Snæfellsnes, þá mællti Faxe: þetta man vera mikit land er ver höfom fundit, her ero vatnsföll stór, þeir sáo foss mikin er fell i sióin oc var þar ós mikill oc er kalladr Faxaós.

que nomen Flókavardi imposuere; hæc in confinio Hördalandiæ & Rogalandiæ sita est. Shetlandiam primum adiit, ubi in Flokavogo in anchoris expectavit, tunc Geirhillda ejus filia in lacu Geirhilldarvatn vita privata est. In eadem cum Flokio navi vehebantur (e) *colonus nomine Heriolfus & alter Thorolfus* (f) *& Faxius ex Hebudibus oriundus.*

Hinc Flokius Færöas petiit, ibique filiam suam elocavit, ex qva genus deducebat Thrandus de Gata. Inde oceano se commisit una cum tribus illis corvis quos in Norvegia devoverat; primus autem dimissus retró volitavit, secundus sursum elatus navem iterum repetiit, tertius de prorá provolavit ad eam plagam ubi terram postea invenerunt. Orientale (*promontorium*) *Horn primum offendebant, sed terram meridiem versus prætervehebantur, cum veró Reykianesum ad occidentem præternavigarent, conspecto Snæfellsneso & sinu illo magno visui se offerente, magna certè est terra, Faxius inqvit, quam invenimus, & flumina sunt permagna. Cataractam videbant magnam qvæ in mare demittebatur, & magnum ostium, cui nomen postea Faxa-os.*

Þeir

Floki

(*e*) brædur tveir. *impr.* II.
(*f*) Norsker. *add. impr.* II.

(e) *duo fratres.*
(f) *Norvegi.*

Þeir Flóke figldo veftur um Breidafiörd, oc tóko þar land fem heiter Vatnsfiördr vid Bardarftrönd. Fiördrin allr var fullr af veidifkap, oc gádo þeir eigi fyrir veidum at fá heyanna, því dó allt kvikfe þeirra um veturin. Varit var helldur kallt, þá gekk Flóki nordur á feöll, oc fá nordur yfer feöllin feörd einn fullan af hafífum, því kölludu þeir landit Ísland fem þat hefer fídan heitit (*g*).

Flokius & focii finum Breidafiörd occidentem verfus prætervecti, ad terram appulerunt in finu, cui nomen, Vatnsfiördus apud Bardaftrönd: Sinus ille pifcaturæ abundans caufa illis fuit pabuli negligendi, unde omnia eorum armenta hyeme perierunt. Ver erat admodum frigidum, tunc Flokius montes feptentrionem verfus afcendit, & finum quendam à feptentrione vidit glacie fluitante obtectum, unde nomen terræ impofuit Islandiæ (g), *quo etiam nomine ab ifto tempore infignitur.*

Þeir Flóki ætlodo utan [um fumarit, oc urdo búnir litlo fyrir vetur, þar fer enn fkálatópter þeirra inn frá Breámslæk oc fva rófit oc feydi þeirra. Þeim beit eigi fyri Reykianes, oc þar fleit frá þeim bátin, oc þar á Heriólf, tóc hann þar land fem nú heiter Heriólfshöfn. Flóki kvam í Hafnarfeörd, þeir fundo hval á eyri einni út frá firdinom, oc köllodo þar Hvaleyri. Þar funduft þeir Hereólfr (*h*). Þeir figldo um fumarit eptter til Noregs, enn er menn fpurdo af landi-

Flokius cum fociis æftate abitum paravit, fed paulò ante hyemis initium iter habuit paratum. Propè Bridmslæk adhuc confpicienda funt rudera eorum habitaculi, culinæ & ftationis navalis. Reykianefum prætervehi non potuere, ibi etiam cymba à navi avulfa, Herjolfum in terram detulit, ubi nunc Herjolfshöfn (*portus Herjolfi*) *appellatur. Flokius in finum Hafnarfiörd devenit, ubi in ora quadam in exteriori finus parte cetum invenit, & locum inde Hvaleyri* (*ora ceti*) *appellabat* (h) *ibi Herjolfum repperit. Æftate fubfequente in Norvegiam rediere, cum autem de*

(*g*) enn feördin Ifafeörd. *add. impr.* II.

(*h*) [Flóke var of veturin í Borgarfirde, oc fundu þeir Hereólf. *impr* II.

(g) *finui autem Ifafiörd.*

(h) *Flokius hyemem in Borgarfiördo tranfegit & Heriolfum invenit.*

landino, let Flóki illa yfer, oc lastadi miöc landit, enn Hereólfr sagde kost oc löst af landino, enn Þórólfr kvad driúpa smiör af hverio (*i*) strái, á landi. Því er þeir höfdo fundit, því var hann kalladr Þórólfr Smiör.

de terra interrogarentur, Flokius nihil boni attulit, sed terram admodum vituperavit, Herjolfus autem & commoda & incommoda terræ recensuit, sed Thorolfus de quovis (i) *gramine terræ ab iis inventæ butyrum stillare asseruit, hinc nomen adeptus est Thorolfus Smiör* (*Butyrum.*)

III. CAP.

Beörnúlfr het madr, enn annar Hróalldr, þeir voro syner Hrómundar Gripssonar, þeir fóro af Þelamörk fyrer vígasaker, oc stadfestust í Dalsfirdi á Fiölum. Sun Beörnúlfs var Örn, fader þeirra Íngólfs oc Helgu (*a*), enn sun Hróallds, var Hródmar fader Leifs, þeir Íngólfr oc Leifr gordust fóstbrædur.

Í þann tíma var Atli Jarl á Gaulum, hann var kalldar hinn Meófe. Hanns syner voro þeir Hásteinn, Hersteinn, oc Hólmsteinn. Þeir fóstbrædur Íngólfr oc Leifr lögdo felag sitt vid syni Atla Jarls, oc fóro í hernad aller samt, kvamo heim at hausti med herfáng mikit, fóro oc þeirra skipti vel oc skildo med vinátto, oc

CAP. III.

Biörnulfus nomen erat viro, & alteri Hroaldus, hi filii erant Hromundi Gripi filii; illi de Thelemarchia ob cædes exilio mulctati, in sinu Dalensi in Fialis habitaculum figebant. Filius Biörnulfi erat Örn pater Ingulfi & Helgæ (a) *sed filius Hroaldi erat Hrodmar pater Leifi. Ingolfus & Leifus societatem soldurioruṁ ad invicem inierunt.*

Tunc temporis Gaulis residebat Atlius Comes, cognomine Miofus (*Gracilis*), *filii ejus erant Hasteinn, Hersteinn & Holmsteinn. Ingolfus & Leifus soldurii cum filiis Atlii Comitis societatem piraticæ inivere, unde autumno redeuntes ingentem prædam reportare, omnia amice procedebant, & blanda cum familiaritate ab invicem discedentes,*

(*i*) kviste. *impr.* 11. steine 10.

(*a*) er allra kvenna var vænst. *add. impr.* 11.

(i) *ramo.* al. *lapide.*

(a) *virginis facilè principis.*

oc mælltu til samfara med ser annat sumar. Enn um veturin gordo þeir fóstbrædur veitslo sunom Atla Jarls, at þeirri veitslo strengde Hólmsteinn þess heit, at hann skylldi eiga Helgu Arnardóttur edur enga kono ella. Um þessa heitstrenging fannst mönnom fátt, enn Leifr rodnadi á at seá, ok vard fátt um med þeim Hólmsteini þá er þeir skildo þar at bodeno.

tes, sequenti æstate eandem societatem futuram paciscebantur. Hyeme autem soldurii filiis Atlii Comitis convivium pararunt, quo in convivio Holmsteinn votum vovit, se aut Helgam Örnis filiam uxorem ducturum, aut nullam aliam. Hoc votum paucis arridebat, Leifus vero rubore faciem suffusus, finito convivio, Holmsteini discedenti alienum se præbuit.

IV. CAP.

Um varit epter beoggost þeir fóstbrædur í hernat, oc ætludu at fara til móts vid syni Atla Jarls, þeir fundust vid Hisargafl, oc lögdo þeir Hólmsteinn þegar til orrosto vid þá fóstbrædur. Enn er þeir höfdo barist um ríd, þá kvam at Ölmódr hinn Gamle, sunr Hördakára, frænde Leifs, oc veitti þeim Íngólfi. Í þeirri orusto fell Hólmsteinn, enn Hersteinn flýde. Þá fóro þeir Leifr í hernar, enn um veturin epter fór Hersteinn at þeim Leife oc villdi drepa þá, enn þeir fengo niósn af för hanns oc fóro í mót hanom oc börduft, vard orusta mikil, fell Hersteinn.

CAP. IV.

Vere sequente soldurii expeditionem parabant, & in occursum filiorum Atlii Comitis tendebant, quos apud Hisargafl convenere, ubi Holmsteinn & reliqui soldurios statim armis impetebant. Sed pugna aliquantisper invalescente, Ölmodus Grandævus filius Hördakarii, cognatus Leifi adveniens, illi & Ingolfo suppetias ferebat. Hoc in prœlio Holmsteinn occubuit, sed Hersteinn fugâ salutem quæsivit. Leifus autem cum sociis in piraticam excurrebat, hyeme vero subsequente Hersteinn Leifum cum reliquis invadebat, at hi de proposito ejus itinere præmoniti, illi obviam eunt, & acri prœlio commisso, Hersteinn occubuit.

Epter þat dreif lid at þeim fóstbrædrum, frændur þeirra oc vinir af Fir-

Ad soldurios postea multitudo cognatorum & amicorum è provincia Fiardensi con-

Firdafylki, varo þá menn sender á fund Atla Jarls oc Hásteins at bióda sætter, vard þat at sætt med þeim, at þeir fóstbrædur fengo þeim fedgum eigner sinar.

confluxit, nuncii tunc ad Atlium Comitem & Hasteinem missi, qui reconciliationem offerrent, quæ hoc pacto inita, ut soldurii illis omnia sua prædia penderent.

Enn þeir fóstbrædur bioggo eitt mikit skip er þeir átto, oc fóro at leita lands þess er Rafnaflóki hafdi fundit, er þá var Ísland kallat. Þeir fundo landit oc varo í Austfiördom í Álptafirdi enom sydra, þeim virdtist landit betra sudur enn nordur. Þeir varo einn vetur á landino, oc fóro þá aptur til Noregs.

Navem postea quam possidebant magnam soldurii instruunt, terram invisuri quam Rafnaflokius (Flokius corvorum) invenerat, & tunc sub nomine Islandiæ innotuerat. Hi etiam terram invenerunt, & in sinu Alptafiörd qui à meridie est, in orientali Islandia mansionem habebant. Terra quæ meridiem spectat melior illis visa est quam ad septentrionem. Unam hyemem ibi transegerunt & in Norvegiam deinde revertebantur.

V. CAP.

Epter þat varde Íngólfr fe þeirra til Íslandsferdar, enn Leifr fór í vesturvíking, hann heriade á Írland oc fann þar jardhús mikit, þar gekk hann í, þar var myrkt, þar til er lýsti af vapni því er madr hellt á (*a*), Leifr drap mann þann, enn tók sverdit oc mikit fe annat

CAP. V.

Postea Ingolfus bona eorum in usum itineris Islandici commerciis permutavit, Leifus autem piraticam occidentem versus suscepit, & Hiberniam armis infestavit, ubi cellam magnam subterraneam invenit, quam intrans tenebras offendit, ille autem progressus usque quo splendorem vidit gladii quem vir qvidam manu tenuit (a), *quo occiso, gladium*

(*a*) er þángat hafde flúit fyrir Leife. *add. impr.* II.

(a) *is à Leifo fugatus huc se receperat.*

annat (*b*),[1] sídan var hann kalladr Hiörleifr. Hann heriade víða um Írland, oc fekk þar mikit herfáng, þar tók hann þræla (*c*) tío er sva heto: Dufþakr (*d*), Geirraudr, Skialldbiörn, Halldór, Drafdritr, eige ero fleire nefnder.

dium & ingentes alias opes inde reportavit (b), *postea Hiörleifus* (*Leifus gladii*) *appellatus est. Multis in Hiberniæ locis piraticam exercuit, & magnam prædam reportavit, ibi* (c) *decem servos cepit, quorum nomina sunt: Dufthakus* (d), *Geirraudus, Skialldbiörn, Hállthor, Drafdritus, cæterorum nomina ad nos non pervenerunt.*

Epter þat fór Hiörleifr til Noregs, oc fann Ingólf fóstbródur sinn, hann hafde fengit ádur Helgu Arnardóttur systur Íngólfs. Vetur þenna fekk Íngólfr at blóte miklo oc leitade ser (*e*) heilla um forlög sín, enn Hiörleifr villde alldri blóta. Frettin vísade Íngólfe til Íslands.

Hiörleifus postea Norvegiam repetiit, & Ingolfum socium suum convenit, ille Helgam Örnis filiam sororem Ingulfi antea matrimonio sibi junxerat. Hac hyeme Ingólfus magnum celebravit sacrificium, & oracula de fatis suis consuluit, Hiörleifus autem sacrificia semper aspernatus est. Oraculum Ingolfo in Islandia sedem assignavit.

Epter þat bió sitt skip hverr þeirra mága til Íslands, hafde Íngólfr felags fe þeirra á skipe, enn Hiörleifr herfáng sitt, þeir lögdo til hafs er þeir varo búnir, oc sigldu út.

Affinis postea uterque suam quisque navem ad iter in Islandiam paravere, Ingolfus communes ad societatem pertinentes opes sua navi vexit, Hiörleifus verò prædam sibi propriam, sic omnibus (necessariis) paratis, solventes, ventis vela dedere.

(*b*) sverd þat var allgódr gripr. *add. impr.* II.

(*c*) tólf. *A.*

(*d*) sá er fyrir þeim var. *add. impr.* II.

(*e*) fretta. *impr.*

(b) *gladius ille magnum erat cimelium.*

(c) *duodecim.*

(d) *eorum præcipuus erat.*

VI. CAP.

(*a*) Sumar þat er þeir Íngólfr fóro at byggia Ísland, hafde Haralldr Kóngr hinn Hárfagre verit tólf ár kóngr í Noregi. Þá var lidit frá upphafi þessarar veralldar oc frá því er Adam var skapadr (*b*) sex þúsunder vetra, siötío oc þrír vetur, enn frá holldgan Drottins vars Jesu Christi, átta hundrut ár siötíu oc feórer vetur (*c*). Þeir höfdo samflot þar til er þeir sá Ísland, þá skilde med þeim, enn þá er Íngólfr sá Ísland, skaut hann fyrer bord öndvegissúlom sínom til heilla ser, hann mælti sva fyrer, at hann scylde þar byggea er súlurnar kvæme á land. Íngólfr tók þar land er nú heiter

CAP. VI.

(a) *Æstate qua Ingolfus cum sociis Islandiam inhabitatum ivit, Haralldus Pulchricomus Rex duodecim annos in Norvegia regnaverat. Effluxerant tunc à mundo creato & post Adamum creatum anni* (b) *sex mille septuaginta & tres, sed ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, octingenti septuaginta quatuor anni. Socia classe, usque dum Islandiam conspexere, navigabant, tunc autem ab invicem divulsi sunt. Ubi autem Ingolfus Islandiam conspexit, columnas à latere sedilis sui primarii constituendas, suæ fortunæ litans, in mare projecit, vovens, se ibi sedem habitaculi fixurum, ubi columnæ in terram ejicerentur. Ingolfus ad terram appulit in loco*

(*a*) Þat var á siötta áre Haralldz Kóngs Hárfagra er þeir Íngólfr fóro at leita Íslands. Enn siau vetrum sídar fóro þeir at byggia landit, þat var á þrettánda áre Haralldz Kóngs, hafde hann þá verit tvau ár einvalldskóngr yfer Noregi sídan Hafursfiardar orusta var, þat var fiórum vetrum epter fall hins helga Eymundar Kóngs á Englande. *impr.* 11.

(*b*) fiögur þúsund átta hundrud fiörutyger oc eitt ár *impr. sed* 11 *habet*: siötyger oc fiögur ár.

(*c*) *sequentem periodum omitt. impr.*

(a) *Sextus erat annus regiminis Haralldi Pulchricomi Regis, quo Ingolfus cum sociis Islandiam quæsitum iit, sed septimo abhinc hyeme terram inhabitatum ierunt, quod tredecimo ejus regni anno factum est, cum per duos annos Norvegiæ monarcha, à prælio inde Hafurfiordensi, fuerat, quarta scilicet hyeme post cædem Sancti Edmundi Regis Angliæ.*

(b) *quater mille octingenti quadraginta & unus anni.* al. *septuaginta quatuor.*

Vikar nomen erat Regis, filii Haralldi Regis Agdensium, cujus filius erat Rex Vatnar; hujus tumulus est a meridie Hakonarhellæ. Mercator qvidam erat in Norvegia, qvi, dum terram præternavigavit, vitam Vatnaris narravit, qvem virum eximium fuisse deprædicavit. Cum vero ille apud tumulum Vatnaris ad ancheras expectavit, per somnum (d) *vidit Vatnarem Regem ad se venientem & se his allocutum: Vitam meam narrasti, in cujus (beneficii) remunerationem, si in tumulo meo qværsiveris, pecuniam invenies. Ille qværens multum pecuniæ invenit.*

Sva er sagt, þá er Haralldr Kóngr Hardrádi lá vid Glaumstein í Hallandi med her sinn, þeir sá þar haug mikin á seáfarhellunni, oc annan litlo ofar, hann

Fertur, qvod cum Rex Haralldus Severus apud Glaumsteinem in Hallandia unacum suo exercitu commorabatur, in littore super petram tumulum magnum, & alterum

(*d*) um nóttena *add.* 9.

(d) *nocte illa*

hann ſpurdi hvorer þar væro leidder, enn þat kunni engi at ſegea, enn um nóttena epter er hann hafdi þeſſa ſpurt, dreymdi Sigurd hinn Hvíta ad madr kvam at hanom í herklædom, oc kvad þetta:

Sneallr á hauga hello
hialldr á búd til kallda.
Veki þer í dag dreyra,
drótt! nú er ſigr á ſpeótom.
Valldr (g) man hitt at hilldar
(h) hlæandi raud ec (i) blæu;
ſkeölld nefni ec ſva ſköfnom
ſkeóma fyrſtr at rómo.

Hina ſömo nótt dreymdi Beörn Búkk at annar madr kvam at hanom med hinom ſama búníngi, oc kvad þeſſa víſo:

Mín ſtód búd (k) ſiſt brædra
Brands gekk hver fyrer annan,

Ccc 2 (l) holl,

alterum paulo ſuperius videbat, & qvinam illic tumulati eſſent, qværebat, quod nemo (præſentium) novit. Nocte vero ſubſeqvente, poſtqvam (Rex) qvæſtionem propoſuerat, Sigurdus Albus virum armatum ad ſe venientem per ſomnum vidit, qui hoc carmen protulit:

Snialllus in petra tumulorum
habet tabernaculum militare nimis frigidum.
Hodie ſangvinem effundite
Satellites! victoria nunc eſt in gladiis,
Fortis ego loricam
ridens ſangvine tingebam,
ita & clypeum viris addico
in prælio primus.

Eadem nocte Biörn Bukkus (caper) alium virum ad ſe venientem, eodem ornatu inſtructum, per qvietem vidit, ille hoc carmen cecinit:

Tabernaculum meum minime commodum (hic) ſitum erat, fratrum bellatorum unus alterum (in acie) præceſſit,

&

(g) nam 8. 10.
(h) hlæindi *impr.* 10.
(i) blæin *impr.*
(k) ſidſt *impr.*

(*l*) holl, oc (*m*) helldom ſnealler
her fellom þá velli.
Hróſar hug fyrer víſa
Hialldur ero víg til (*n*) ſealldan.
Gledur oſs þat er val Vidri
veit ec þic gefa teitan.

& acres non deſeruimus,
cum hic occumbebamus, campum (prælii).
Hialldus animum (fortem) virorum laudat;
cædes nimis raro accidunt;
lætor, quod Odino ſtragem te
alacrem dare ſciam.

Enn er Haralldr Kóngr kvam til Noregs, þá ſagdi hanom Kári hinn Svarti, frændi Þeódólfs ór Hvini at þeir varo ſyner Vatnars Kóngs, þeir Sneallr oc Healldr, oc varo hiner meſto hermenn. Sneallr var fader Einars, födur Ölvis Barnakarls, hanns ſun var Steinmódr oc Steinólfr, oc Grímr oc Einar fader þeirra Hrolleifs, födur Svertíngs, födur Gríms á Mosfelli; oc Óleifs Breids. födur þeirra Þórmóds Skapta oc Óſeigs Grettis. Sva ſegea ſumer menn at Gudbrandr Kúla væri ſun (*o*) Óſeigs Breids. Enn Healldr var fader Gríms, födur Bearnar Bunu. Beörn Buna atti Velaugu ſyſtur Vemundar ens Gamla, þeirra ſyner varo þeir

Cum vero Rex Haralldus in Norvegiam venit, retulit ei Karius Svartius (niger) cognatus Thiodulfi de Hvino, quod Sniallus & Hialldus milites fortiſſimi & filii Regis Vatnaris fuerint. Sniallus pater erat Einaris, patris Ölveris Barnakarlis, cujus filii erant Steinmodus & Steinolfus, Grimus & Einar, pater Hrolleifi & reliquorum (ejus fratrum), patris Svertingi, patris Grimi de Mosfello; & Oleifi Breidi, patris Thormodi Skaptii & Oſeigi Gretteris. Sunt qui dicunt Gudbrandum Kulam Oſeigi Breidi filium fuiſſe. Sed Hialldus pater erat Grimi, patris Biörnis Bunæ. Biörn Buna Velaugam ſororem Vemundi Grandævi in matrimonio habuit, eorum filii erant Ketell Flatneſus, Hrappus

(*l*) höll 8. 10.
(*m*) helldu. 8.
(*n*) ſkialldar 10.
(*o*) *ita omnia exemplaria, ſed rectius* Oleifs.

þeir Ketell Flatnefr, Hrappr oc Helgi, fader Helga, födur Heyángursbearnar, hvör et ríkr Herser oc ágeætr var í Sogni.

Yxnaþórer het madr ágeætr á Ögdum oc audigr, hann átti þar þær þriár eyar, er áttatígi yxna var í hvorri, enn er Haralldr Kóngr Hárfagri bad hann strandhöggs, þá gaf hann hanom eina eyona oc alla yxna med, af því var hann kalladr Yxnaþórir, oc er frá hanom kvamit margt stórmenni á Íslandi oc Noregi. Sun Þóris var Ósvalldr, fader Ölvis ens Hvíta, födur (p) Þórsteins hinns Hvíta, födur Þórgíls, födur Brodd-Helga, födur Vígabearna.

Á því ári er Gissor Biskop Ísleifssun andadist, gordi hallæri mikit á Íslandi, þá kvam hríd sva mikil á dymbildögum, at menn mátto eigi veita tíder í kyrkeom í sumom stödum oc herödum fyrer nordan land. Föstudagin lánga tók upp knör under Eyafeöllum, oc sneri á lopti, oc kvam hvolfandi, hann var (q) sex

pus & Helgius, pater Helgii, patris Heyangurs-Biörnis, qvi in Sognia Baro erat potens & celeber.

Yxna-Thorer (Thorer taurorum) nomen erat viro in Agdis celebri & opulento, qvi tres possedit insulas, in qvarum singulis octoginta boves pascebantur, cum vero Rex Haralldus Pulchricomus eum armenta mactanda rogaret, (Thorer) ei unam insularum simul cum omnibus in ea bobus dono dedit, unde ei nomen Yxna-Thorer venit; de qvo multi in Islandia & Norvegia magnates descendunt. Filius Thoreris erat Osvalldus, pater Ölveris Hvitii (Albi), patris Thorsteinis Hvitii (Albi), patris Thorgilsis, patris Brodd-Helgii, patris Viga-Biarnii.

Anno, qvo Gissur Episcopus filius Isleifi decessit, magna annonæ caritas in Islandia fuit, tunc in hebdomade sancta tanta oborta est tempestas, ut in qvibusdam qvartæ borealis locis & provinciis in templis sacra peragi non potuerint. Die passionis dominicæ prope (montes) Eyafiöll navis major qvinqvaginta (q) duo interscalmia habens,

(p) *omitt. impr.*

(q) siau 4.

(q) *qvatuor.*

ſex rúm oc ruttigo. Páſkadaginn fyrſta mátto menn ſaer tíder ſækea at taka þeónuſtu, enn ſumer vurdo útidauder. Annat illvidri kvam um ſumarit epter andlát hanns þann dag er menn rido á þíng, þá braut kyrkeo á þíngvelli, þá er Haralldr Kóngr Sigurdarſun let (r) höggva vidin til. Þat ſumar fóro (s) ſeorotío ſkipa út híngat, oc braut mörg vid land, enn ſum týnduſt í hafi, oc leyſti ſundur under mannom, enn átta ein kvamoſt brott med þeim er ádur voro her, oc kvamoſt þau engi fyrer Mikealsmeſſo af hafi, af þeim mannfeöllda vard hallæri (t) ſva mikit her á landi.

bens, in aërem ſublata & inverſa, in eodem ſitu decidit. Feria prima paſchatos, pauci, ut cænæ dominicæ participes fierent, ſacra frequentare potuere, qvidam & ſub dio (in itinere) periere. Altera poſt ejus obitum tempeſtas, die qvo in comitia univerſalia iter faciendum erat, incidit, tunc templum Thingvallenſe, cujus materiam ligneam Rex Haralldus filius Sigurdi cædi curaverat, difſringebatur. Ea æſtate (s) *qvadraginta naves peregre huc iter inſtituerant, qvarum multæ ad terram (alliſæ) naufragium patiebantur, qvædam in oceano ſub nautis diſſolvebantur, ſed octo duntaxat, in qvibus, qvæ hic antea fuere etiam numerantur, hinc ſolvere potuere, qvarum tamen nulla ante feſtum Michaëlis ex oceano evaſit. Multitudo iſta hominum, magnæ annonæ caritatis cauſa erat.*

Þá er Giſſor Biſkup andadiſt, varo þeſſer meſter höfdingiar á Íſlandi: Haſlidi Márſſun nordur, oc ſyner Áſbearnar Arnórs-

Tempore obitus Giſſuris Epiſcopi hi magnates primi ordinis in Islandia erant: Haſlidius filius Maris in qvarta boreali, & filii

(r) höggvidin *impr.*

(s) þriátígi oc fimm 4. & 8. 10. *marg. citt. Hauksbok.*

(t) *omitt. impr.*

(s) *triginta qvinqve*

Arnórsfunar í Skagafirdi, Þorgeir Hallasun oc Ketell Þórsteinssun Prestr. Enn austur, Gissur Einarssun, Sigmundr Þórgílssun, hann andadist á því ári í Rómför. Enn sudur, Hallr Teitssun, Skúli Egilsun. Enn vestur, Styrmer Hreinssun, Halldór Egilssun, Þórgíls Oddasun, Þórdr Gílssun, oc Þórdr Þórvalldssun (*u*) ór Vatnsfirdi.

filii Asbiörnis, filii Arnoris de Skagafiordo, Thorgeir filius Hallii & Ketell Presbyter filius Thorsteinis. Sed in orientali: Gissur filius Einaris, (&) Sigmundus filius Thorgilsis, qui eodem anno in profectione Romam versus instituta obiit. In meridionali: Hallus filius Teiti (&) Skulius filius Egelis. Sed in occidentali: Styrmer filius Hreinis, Halldor filius Egelis, Thorgils filius Oddii, Thordus filius Gilsis (&) Thordus filius Thorvalldi de Vatnsfiordo.

Einom vetri epter andlát Gissurar Biskups, var Þórsteinn Hallvardssun veginn, göfigr madr, enn vetri epter þat var þíng feölmennt, þau misseri hafdi sva mikill manndaudi verit, at Sæmundr Prestr enn Fródi sagdi sva á þíngi, at eigi mundi færri menn hafa andast af sótt, enn þá varo til þíngs kvamner. Þat sumar var þróng mikil at dómum, þá særdi Þórgíls Oddásun Haflida Márssun, þá vard um ekkert mál at lögum dæmt. Þórgíls vard sekr um áverkan, oc

Prima post Gissuris Episcopi mortem hyeme, Thorsteinn filius Hallvardi vir nobilis interfectus fuit, sed hyeme ab hinc altera comitia erant frequentia. Anno isto tanta fuerat internecio, ut Sæmundus Polyhistor in comitiis asseruerit, non pauciores morbo decessisse, quam eos qvi comitiis tunc intererant. Ea æstate inter judicandum magnæ obortæ sunt turbæ, tum Thorgils filius Oddii Haflidium filium Maris sauciavit. Tum in nulla causa ex præscripto legum sententia ferri potuit. Thorgils ob vulnus inflictum reus peragebatur, &

(*u*) *omitt. impr.*

oc ſat í ſektum um vetrin, þá var ſva lítill vapnaburdr, at ein var ſtálhúfa þá á alþíngi, oc reid driúgum hvor bóndi til þíngs, er þá var á Íſlandi.

Þat vor er þrír vetur varo lidner frá andláti Giſſurar Biſkops, andadiſt Jón Biſkup at Hólum 9 kalendas Maji. Þat ſumar ſat Haflidi Márſſun á efrum Völlum med (x) tólf hundrut manna, oc ætladi at banna Þórgílſi Oddaſyni þíngreid. Þar var med hanom Hallr Teitsſun, oc Þórdr ór Vatnsfirdi mágr hanns, oc marger adrer höfdíngear, þat var enn næſta dag fyrer Jónsmeſſo. Þórlákr Biſkup gekk (y) þannig til med Kennimönnum ſínum, oc leitudu marga vega um ſætter med þeim, enn er þat teádi ekki, þá fyrerbaud hann þeim þar at ſitea, oc letſt mundi bannſetca þá ef þeir gengi eigi heim, þá kvad Haflidi at þeir ſkylldo heim gánga til (z) búda. Þór-

& hyemem, (qvamvis) exilii reus, (domi) commorabatur. Tum tam rara erat armorum geſtatio, ut in comitiis generalibus unica tantum caſſis ferrea conſpiceretur, cum tamen qvivis fere colonus, qui tum in Islandia fuit, comitia freqventaverat.

Vere quo tres ab obitu Giſſuris Epiſcopi hyemes transfluxerant, Jon Epiſcopus Holenſis nonas Calendas Maji deceſſit. Ea æſtate Haſlidius filius Maris in Vallis (campis) ſuperioribus una cum mille qvadringentis & qvadraginta comitibus ſubſtiterat, & Thorgilſem filium Oddii a loco comitiorum adeundo arcere deſtinaverat. Cum illo erant Hallus filius Teiti, & Thordus de Vatnsfiordo ejus affinis, multiqve alii magnates, factum eſt illud pridie feſtum Johannis (Baptiſtæ). Thorlakus Epiſcopus unacum ſuis ſacerdotibus eo tendens, multis modis eos reconciliare tentavit, aſt fruſtra, tunc ibidem permanere iis interdixit, ſimulqve ſi domum non redirent, ſe eos excommunicaturum fore minitabatur, tum Haſlidius ſuos in (z) taber-

(x) xcc. *impr.* 4. 8-10.
(y) þinn 19. *impr.* þángat. 10.
(z) tída 4.

(z) *officia ſacra*

Þórgíls reid á þíng med siö hundrut manna, med hanom varo flester höfdíngear ór Vestfirdíngafeórdúngi, nema Þórdr ór Vatnsfirdi. Enn er um sætter var leitat, var þat í medal þeirra at Haflidi vilidi hafa sćálfdæmi um allt óskorat, enn Þórgíls villdi undantaka godord, oc stadfestu, oc sekter allar. Þann skakka gat Ketell prestr Þórsteinssun nidurfelldan med umtölum sínom, þat sumar var hann kosinn til Biskups í stad Jóns Biskups, oc fór utan. Þórgíls handsaladi Haflida seálfdæmi, enn hann gordi sextýgi (a) hundrada sex álna aura vöro virds feár í gulli oc brendu sylfri, edur í rísum aurum, edur gripum þeim er hanom þætti gersimom sæta, oc hann virdi seálfr, edur þeir menn er hann tæki til. Þetta fe handsöludu sex menn, oc unnu at fimtardómseid, at þeir skylldo þetta fe gcallda sem fyrr var mællt. Þórgíls oc Haflidi veitto

seálfer

tabernacula domum redeundi admonuit. Thorgils octingentis & viginti comitibus stipatus comitia adiit, a cujus partibus plurimi qvartæ occidentalis magnates, excepto Thordo de Vatnsfiordo steterunt. Ubi vero de eorum reconciliatione agebatur, de eo (imprimis) controversia fuit, qvod Haflidius omnia suo arbitrio sine omni exceptione committenda voluit, sed Thorgils præturam, prædium, & omne exilii genus excipienda urgebat. Hunc dissensum Ketell filius Thorsteinis, presbyter, suis persvasionibus exemit, eadem ille æstate, in locum Jonis Episcopi electus, peregre abiit. Thorgils Haflidii arbitrio causam stipulata manu commisit, hic autem sexaginta hundredas unciarum, qvarum qvævis sex ulnas contineret, ad pretium mercium æstimandas, & auro, argento defæcato, rebus pretiosis vel cimeliis honorariis expendendas (sibi) adjudicavit, qvam (mulctam) ipse (Haflidius), vel illi qvibus hoc negotium commiserit, æstimarent. Hanc pecuniam ex condicto solvendam sex viri stipulata manu sub fide juris jurandi qvinti judicii spopsonderunt. Thorgils & Haflidius ipsi

(a) *omitt. impr.* 10.

sjálfer trygder, oc helldo vel sætt þessa. Haflidi Mársfun átti (*b*) fyrr Þurídi dóttur Þórdar Sturlusunar, Þórdr het sun þeirra, hann átti Sölvöro dóttur Ásgríms Þórhallssunar, Ívar het sun þeirra. Haflidi átti sídar Rannveigo dóttur Teits ór Haukadal, Sigrídur het dótter þeirra er átti Þórdr í Vatnsfirdi, Þórdr oc Páll varo syner þeirra. Valgerdur het önnur dótter þeirra Haflida, hana átti Íngimundr prestr Illugasun, oc (*c*) Órnýo dóttur Þórkells Gellissunar, Illugi var sun þeirra, er druknadi þá er hann flutti lím til steinkyrkeo þeirrar er hann ætladi at láta gora á Breidabólstad í Vesturhópi.

ipsi reconciliationem promulgabant, & pactis his fideliter steterunt. Haflidius filius Maris primo Thuridam filiam Thordi, filii Sturlæ, in matrimonio habuit, eorum filius nomine erat Thordus, cujus uxor erat Salvora filia Asgrimi, filii Thorhalli; eorum filio nomen erat Ivar. Haflidius postea Rannveigam filiam Teiti de Haukadalo uxorem duxit, eorum filia nomine erat Sigrida, quam Thordus de Vatnsfiordo in matrimonio habuit. Thordus & Paulus eorum erant filii. Alteri Haflidii & (Rannveigæ) filiæ nomen erat Valgerda, quam Ingemundus presbyter filius Illugii & Ornyæ, filiæ Thorkelis, filii Gelleris, in matrimonio habuit, eorum filius erat Illugius, qui calcem ad templum lapideum, quod Breidabolstadi in Vesturhopo exstruere sibi proposuerat, apportans submersus est.

(*d*) Rögnvalldr Jarl Koli var veginn fimm nóttum epter Mariumesso fyrri

Comes Rögnvalldus Kolius quinque noctibus ante festum Mariæ prius interfectus

(*b*) *omitt. impr.* 10.

(*c*) Oddnyo *impr.*

(*d*) *sequentem periodum habet* 5. *ad finem Kristnisagæ.*

fyrri (*e*). Ólafr Kóngr Tryggvasun bardist á Orminum Lánga næsta dag epter Mariomesso sídari.

fectus fuit. Rex Olaus filius Tryggvi in (navi) Ormo longo postridie festi Mariæ posterioris dimicavit.

(*f*) Þessi eru nöfn Biskupa þeirra útlendra er verit hafa á Íslandi: Fridrekr, Bearnardr, Ólafr Grænlendínga Biskup, Kolr oc Rodólfr, Jón, (*g*) Bearnardr, Henrikr, Arnalldr Grænlendinga Biskup, (*h*) oc Helgi Grænlendinga Biskup. Verit hafa enn þeir fleiri er Biskupar letust vera: (*i*) Gudiskolkr, Örnúlfr (*k*) oc þrír af Armenia: Petrus, Stephanus oc Abraham. Fridrekr Biskup kvam í heidni til Íslands med Þórvalldi Vídförla, oc var at Gileá oc Lækeamóti.

Hæc sunt nomina Episcoporum peregrinorum, qvi in Islandia fuerunt: Fridrekus, Biarnardus, Olafus Episcopus Grönlandorum, Kolus, Rudolphus, Jon, Biarnardus, Henricus, Arnalldus Episcopus Grönlandorum, (h) *& Helgius Episcopus Grönlandorum. Fuerunt & plures qvi se Episcopos esse professi sunt. Gudiscolcus, Arnulphus, & tres de Armenia: Petrus, Stephanus, & Abraham. Fridrekus Episcopus durante adhuc ethnicismo unacum Thorvaldo Vidförlio (late peregrinato) in Islandiam venit, & in (prædio) Gilia & Lækiamoti commoraba-*

(*e*) Anno 1158. *add.* 9.

(*f*) *secundum Hauksbok, testibus* 4 *&* 8. *marg.*

(*g*) Bearnvardr. 9.

(*h*) Jón Grænlendinga Biskup *add.* 4.

(*i*) Gudi, Skólkr, *impr.* 9. 10.

(*k*) ögny 8.

(h) *Johannes Episcopus Grönlandorum*

móti. Bearnardr hinn Bókvísi var á Íslandi fimm vetur. Húngurvaka segir at Bearnardr Vilrádsſun hinn Bókvísi hafi verit af Englandi, oc farit til Íslands af rádum Ólafs Kóngs ens Helga, því hann hafdi med hanom verit ádur (*l*). Kolr var á Íslandi fá ár, hann var med Halli í Haukadal, oc er jardadr í Skálahollti fyrstr Biskupa, segir Húngurvaka. Ródólfr var her níteán ár, hann setti múnklífi í Bæ í Borgarfirdi, hann beó oc á Lundi. Húngurvaka segir Úlfr Biskup hafi verit af Rúduborg ór Englandi, oc nefndr því Rúdu-Úlfr. Jón hinn Saxneski var her feögor ár, Húngurvaka seger Jón Írskan, oc farit hedan til (*m*) Vindlands, kristnat þar, verit þar sídan píndr oc drepinn. Henrikr var her tvo vetur. Bearnvardr var her níteán ár,

rabatur. Biarnardus Bokvis (*librorum peritus*) *in Islandia quinque hyemes transegit. Hungurvaka Biarnardum Librorum peritum, filium Vilradi, ex Anglia oriundum fuisse, & Islandiam e consilio Regis Olai Sancti, cum quo antea vixerit, petiisse tradit. Kolus paucos annos in Islandia permansit, apud Hallum in Haukadalo commoratus, & Episcoporum primus, teste Hungurvaka, Skalholti sepultus est. Rudolphus hic annis novendecim commorabatur, ille in* (*prædio*) *Bæ in* (*tractu*) *Borgarfiordo monasterium fundavit, ille etiam Lundi habitavit. Hungurvaka Ulfum de Ruda* (*Rothomago*) *Angliæ ortum, & inde nomen Rud-Ulfi nactum esse, tradit. Jon Saxo quatuor annos hic transegit. Hungurvaka testis est Jonem hunc Hibernum fuisse, qui in* (m) *Vendiam hinc abierit, christianismum ibi introduxerit, & exinde ibidem excruciatus & interfectus fuerit. Henricus duas hyemes hic transegit. Biarnardus annis*

(*l*) Anno 1003. *add.* 9.

(*m*) Vinlands *omnia exempll.*

(m) *Vinlandiam*]

ár, hann beó at Gileá í Vatnsdal. Húngurvaka talar ſva um þennan Bearnvard: hinn ſeötti (útlendſkr, Biſkup) var Bearnvardr Biſkup enn Saxlendſki, er var med Magnúſi Kóngi enom Góda Ólafsſyni, oc fór ſídan til Íſlands, oc var á Íſlandi tuttugo vetur, hann hafdi tva búſtadi í Vatnsdal at Giliá oc Steinsſtödum (ec meina þat Steinnes). Hann vígdi marga luti þá er mörg merki hafa at ordit, kyrkeor oc klukkor, brúar oc brunna, vöd oc vötn, beörg oc beöllor, oc þykkea þeſſer luter hafa birt ſanna tign hanns oc gæſko. Bearnvardr var á Íſlandi medan Haralldr Kóngr var í Noregi Sigurdarſun, þvíat þeir váro eigi ſamſátter. Sídan fór hann utan, oc til handa Ólafi Kóngi Kyrra Haralldsſyni, oc ſídan fór hann til Róms at bæn hanns, oc fridadi fyrer (*n*) öndudum, enn er Biſkup kvam aptur, þá ſki-

annis undeviginti hic commorabatur, & in (prædio) Gilia in (tractu) Vatnsdalo habitavit. De hoc Biarnardo Hungurvaka ita loqvitur: Sextus (Epiſcopus extraneus) erat Biarnvardus Epiſcopus Saxo, qvi apud Regem Magnum Bonum filium Olafi commorabatur, & in Iſlandiam poſtea proficiſcebatur, atqve in Iſlandia viginti hyemes transegit; duo habuit habitacula in Vatnsdalo, Gilia & Steinſtados (quod pro Steinsneſo accipio). Multas res, qvæ plurimis ſignis poſtea inclaruere, templa, campanas, pontes, fontes, vada, flumina, rupes & nolas conſecravit, qvæ res veram ejus dignitatem & bonitatem commonſtraſſe videntur. Biarnvardus in Iſlandia, qvamdiu Rex Haralldus in Norvegia regnabat, permanſit, illi enim concordes non erant. Poſtea peregre profectus Regi Olao Kyrrio (qvieto) filio Haralldi adhæſit, cujus precibus adductus, (n) mortuis pacem procuraturus, Romam iter fecit, qvem reducem

(*n*) ordunum *impr.* 10.

(n) *ordinibus*

ſkipadi Kóngr hann Biſkup í Selio ſídan fór hann í Beörgvin, oc andadiſt þar, oc er einmællt hann hafi verit hinn meſti merkismadr.

reducem Rex Epiſcopum Seliæ conſtituit; Bergas exinde profectus, ibidem obiit, & uno omnium ore vir celeberrimus deprædicatur.



Enodatio

Enodatio cantilenarum in LANDNÀMABOK occurrentium.

Ad Pag. 37.

Hoc carmen *Snorro Sturlæus* in *Heimskringla* Tom. I. pag. 57. Eyvindo Skalldaſpilleri, viro celeberrimo, & poëtarum ſui ſeculi principi, adſcribit; Illud ex Editione *Peringſkiöldiana* tale eſt:

Samira nordr enn nordar
  naddregns hvötum þegni
ver getom bili at bölva
  blamærar (*al.* bordmærar) ſkæ færa.
Nú er þar er rauk a rakna (*al.* nú er þat rætt enn rakna)
  rymleid (*al.* rimſeid) flota breidan
grípum ver í greipar
  gunnbord Haralldi ſunnan.

Qvod

Qvod in ordinem hoc circiter modo redigi poterit:

Samira (1) hvötum (2) naddregns þegni (3) nordr, at færa blámærar (4) enn nordar. Ver getom (5) at bili (6) bölva (7) ſkæ.

Non decet acrem bellatorem in aqvilone, naves adhuc ulterius ad boream transferre. Mens nobis felicem prælii exitum auguratur.

Nú er þar (8) er rymleid (9) rauk (10) ſunnan a breidan rakna (11) flota Haralldi. Grípum ver gunnbord (12) í greipar.

Hic jam eſt ſtatus rei, qvod æſtus maris in itinere de meridie in claſſem magnam Haraldi latus fuerit, (i. e. qvod adſunt naves). *Naves-bellicas in manus noſtras comprehendamus.*

(1) Samira, *non decet.* A enclicitum eſt negativum; þat ſamir, *al.* ſæmir *vel* ſómir, *decet, convenit*, qvod a particula ſam, *convenientiam* denotante, deducendum videtur. Bamera, qvod ſupra pag. 37. exemplaria libri Origg. 6 & 12. habent, aperte eſt mendum, pro ſamera. (2) Hvatr *acer, alacer*, hinc ek hvet, *acuo*, hvöt, *incitamenta.* (3) Naddr, *ſpiculum clavus*, metaphor. *ſagitta* vel *haſta*, hinc naddregn *imber ſpiculorum* vel *ſagittarum*, poëtis eſt prælium. Þegn ex mente *Eddæ* denotat *colonum* & forſan *primi ordinis*, poſtea erat appellativum *ſubditi* regii, qva talis, aſt poëtice pro viro ſimpliciter adhibetur, & naddregns þegn *vir prælii*, eſt idem ac *miles.* (4) Blá inter nomina poëtica *undarum* in *Edda* occurrit, eoqvod æqvor *cæruleo* colore gaudet. Mær eſt *eximius, purus*, unde mær, *virgo* deducendum videtur. Hinc blámær, *virgo maris*, deſcriptione poëtica *navis* audiet, niſi magis arrideat, blámerar, i. e. *eqvas maris* appellare, qvæ lectio authoritate *Eddæ* comprobatur. (5) At geta vox eſt varii ſignificatus, qvorum ſeqventes hic locum habere poſſunt: *a*) ek get *poſſum.* *b*) *acqviro, nanciſcor.* *c*) *aſſero, ſtatuo.* *d*) *conjicio, auguror.* *e*) *mihi arridet, placet*, per antiptoſin pro mer getſt at &c. (6) Þat bilar, *deficit*; Ita ſenſus eſt: *aſſerimus qvod malum prælii deficiat*, i. e. *nullum malum de prælio in nos redundabit:* Vel bilr eſt *procella*; qvæ & poëtice *prælium* denotat, ita ſenſus eſſet: *Procella prælii perplacet*; Bil tandem eſt interſtitium, loci vel temporis, & tunc ſi partic. at hic pro enclitica & negativa aſſumeretur, ſenſus emergeret: *Mora* vel *procraſtinatio prælii nobis diſplicet.* Bil nomen Deæ Eddicæ huc non pertinet, nam ſi dicamus. *Non acqviremus Bellonæ* (Deæ præliorum) *damnum*, ſenſus qvidem verus exprimeretur, ſed inſtar plurimarum

marum aliarum locutionum poëticarum, eum perqvam abundantem, si non sæpe varium, esse inde patebit. (7) Böl, *ærumna*, poët. *prælium*, Genit. plur. bölva. Skæ est *damnum*, hinc bölvaskæ, *damnum de prælio acceptum.*' Hinc Grönlandi veteres, adhuc ethnici, sacerdotem Christianum a Rege Olao filio Tryggvii ad eos missum, appellavere skemann, sive *hominem nocivum*, & plurima alia vocabula eandem originem agnoscunt. Postqvam hæc scripta sunt, & plagula præcedens impressi, mea laude major, Perillustris Erici, pro sua, qva cluet, eruditione & humanitate summa, aptiorem hanc constructionem & explicationem commonuit: Skiór, vel skiær, est *pica*. Blámær, *unda limpida*, & poëtice *unda*, sive *mare*; hinc blámærar skiær, *pica maris*, erit *navis*. Hac posita constructione, verba: Ver getum, at bölva bili, instar Parentheseos allata denotabunt: *Conditio prælii* (procella ærumnarum) *perplacet*. (8) Nú er þar, subintellig. á at líta, komit, vel aliud tale qvid. (9) Rymleid proprie *via rudens*, *æstuosa* i. e. *mare*, á voce, rym, rumdi, *rudo*, vel rímleid, *via pruinam referens*, i. e. *mare*, vel tandem rúmleid, *via spatiosa*, id est: oceanus. (10) Verbum ryk, rauk, at riúka, proprie denotat *fumare*, sed metaphorice de *æstu maris*, etiam prosaice adhibetur. Hinc bifrok *æstus maris* &c. (11) Rakni videtur esse *nodus* qvidam vel *ligatura retis*, si non ipsa *macula retis*, in *Edda* Fab. 46. ita ut sit metonymia adjuncti, in poësi veterum septentrionalium non raro ultra rectum extensa. Nisi rakna hic sit genit. plur. a singulari raukn, qvod *commissuram mali & carinæ* denotare videtur in *Snorronis Sturlæi Háttalykell* Parad. 72. qvod *hálfsnept* vocatur, ubi exstat:

Lyptast kná af lidi opt,
Laukr vid kialar raukn.

i. e. *sæpe a commissura sua attollitur malus*, qvam explicationem priori aptiorem, eruditioni & humanitati viri doctissimi & antiqvitatum septentrionalium peritissimi *J. Olavii* Grunnavicensis debeo. (12) Gunnbord, *naves militares*. Gunn, *pugna*; bord, *asser*, *tabula*, in spec. *tabula navis suprema*, hinc bord (poët.) *navis* per synecdoch. ita ut sensus sit: *eripiamus* Haralldo *classem bellicam*, vel (sed minore veri specie) gunnbord hic denotat *assulam militarem*, id est *scuta*, ita ut sensus sit: *arripiamus scuta*, ut hostes fortiter repellamus. Greip est *interstitium pollicis & reliqvorum digitorum* a verbo ek gríp, *arripio*, sed greip hic pro *manu* synecdoch. adhibetur.

Ad Pag. 73.

Ek bygge einn steina stöd (1) at áls hrafne (2). Erat ofþegn á þilium stafn-	*Ego solus tumulum lapideum inhabito navis; Nonne minister superfluus est in foris*

ſtafnrúms (3). Ek bý þraung á raunga mar (4).

foris ad proram? In navi ſpatium mihi arctum eſt.

Baudvitrum (5) er betra rúm enn illt ofgengi. Ek kná ſtýra brimdýri (6). Þat man liſa lengr med lofdum (7).

Viro forti melior eſſet vacuus locus, quam malus comitatus, ego (enim) navem gubernare poſſum. Diu hoc in memoria virorum permanebit.

(1) Stöd eſt *locus permanendi*, hinc þingſtöd *locus fori.* (2) All, *profundum maris*; ejus animal qvodcunqve, adeoqve in hoc caſu *corvus*, poëtice eſt *navis.* Qui *Atals* hoc loco ſcribunt, Regulum maritimum hujus nominis intelligunt, qvod qvoad ſenſum eodem redit. (3) Stafnrúm, *locus ad proram*, metonymice *navis.* Commodiſſimus præterea hic eſt ſenſus: *Nemo ingenuus eſt mecum in navi.* Vid. *Bartholini Antt. Dan.* pag. 291. Poſſet etiam ſignum diſtinctionis voci þraung poſtponi, cum ſenſus foret: *vir in foris* (navi) *arcto premitur loco.* (4) Raung, *coſta navis*; mar, *eqvus*; poëtice autem eqvus coſtis navis inſtructus *navim* denotat. (5) Böd, *calamitas*, item *prælium*, hinc bödvitr *prælii peritus*, poët. pro *viro forti.* (6) Brim, *æſtus maris*; dyr, *animal*; unde poëtice animal maris æſtuoſi eſt *navis.* (7) Lofdar, vox poëtica: *viri.*

Ad Pag. 76.

Ec var módr (1) þar er Hedins (2) anna leidar flódkorn jötuns fell af fialli ór hám bergriſa (3) himne.

Adfui defeſſus, [ubi] parva maritima inundatio (facta) gigantis decidit de monte ex alto ſaxicolæ cælo.

Fár folldjötun (4) gerer fleire hömlo (5) heidar þrumlo (6) í vinga (7) molldo. Hamvati (8) (gerer) mer bata.

Paucus gigas terrenus plures undas in amicam terram immittit. Cutis madefactio mihi expedit.

(1) Módr, *defeſſus.* Multis in ſignificatibus hæc vox ſumi poterit, quæ ſenſum proinde mutabit, Ex. gr. Módr *animus*, unde jötunmódr *furor gigantens.* Móder, *mater*, terra enim, montes inprimis & ſaxa, origo gigantum eſſe credebatur. Móda tandem *fluvius*, qvi vel metonymice pro *aqva ſparſa*, vel *mari*, vel etiam *rivulo* in via Einaris obvio, ſalvis regulis poëticis adhiberi poteſt. Ex ſingulis his ſenſum emergentem pluribus perſeqvi inſtituti ratio vetat. (2) Hedin Rex erat, qvi itinere maritimo adveniens Hilldam filiam Regis Högnii vi rapuit (*Edda* fab. 67). Unde Hedins önn, *labor Hedinis*, poëtis eſt *prælium.* Qvidni ergo Hedins annar leid, *via laborum Hedinis*, erit *mare*? Plurima qvidem exemplaria hic legunt

legunt heidins, f. *sereni*, i. e. *cœli*, non tamen omnia, nam lectio *Hedins* hic per conjecturam tantummodo assumta, in Codice M. S. Archivi Antiqv. Holmiens. No. 7. Fol. etiam existit. (3) *Gigas saxicola.* Per appositionem denotabit: *ex cacumine montis.* (4) Folld, *terra*, hic folldjötun videtur esse *gigas subterraneus*, sive *in terra habitans.* (5) Hamla nom. subst. est *repagulum*, *quo remus continetur*, adeoqve pars navis & poët. ipsa navis; heidi, *tesqva*, *planities paulatim in altum surgens.* Hinc hömluheidi erit *æqvor*, *mare.* (6) Þruma, *tonitru*, & *strepitus tonitru referens*, cujus Diminutivum Þrumla, *rem* qvamcunqve *cum strepitu decidentem* denotare poterit, & hömloheidar Þrumla erit *unda maritima cum strepitu & impetu illisa*, *in* (7) *amicam terram*, habitaculum scilicet gigantis, nam vindga, *ventosam*, vel *vento perflatam* terram, non lego. (8) Hamr est *forma exterior*, *vehiculum*, *exuviæ*, *amictus*; vatr sive votr, *humidus.* Hamvati hoc loco est *madefactio vestium & cutis* Einaris, qvem gigas aqva maritima aspersisse perhibetur. Explicationem, in Theologia gentili veterum suam rationem agnoscentem, adeoqve veriorem, debeo Perillustri Erici, qvæ seqvitur: „ Fár folldjötun hamvati gerir (med) hömlu heidar Þrumlo fleiri bata, „ mer í vinga molldo. „ Id est: *Vix ullus gigas terrestris* (landvættr, sive genius terræ tutelaris) *corpus madefactus*, *aqva maris sparsa majus*, *qvam ego*, *commodum amicæ terræ* (patriæ meæ) *adfert* (eam scilicet irrorando).

Ad Pag. 80.

In cantilena hacce nihil intellectu difficile occurrit, nisi qvod pro: *hvílt besik lengur*, legendum videatur: *hvíldat ek lengi.*

Ad Pag. 82.

Hropts Hýrskerder (1) man verda kvedinn (2) af mer (med) heiptum. Ek kunna vel ádur beita fyrir einni yggsteiti (3).	*Vir bellator salutabitur a me modo hostili; nam olim dimicare novi.*
Hilldar (4) hialldur gnár (5) kenna mer hýrsennu (6), ef eggiunst at ek höggva (7) hæfs mína gudvefiar hlín (8).	*Deæ bellatrices prælium me docent, cum incitarer, qvod uxorem meam dextre ceciderim.*

(1) Hroptr, *gladius*, vel etiam nomen *Odini.* Hinc hoc loco, aut erit Hroptshyr *ignis Odini*, id est *gladius*, & Hroptshyrskerder *gladii dissipator*, id est *vir generosus* vel *bellator*; aut etiam vox heiptum referenda est ad Hropts, ita ut Hroptsheipter sit *ira Odini*, id est, *pugna*, vel *furor gladii*, qvi lingva poëtica antiqvorum similiter *pugnam* denotat. (2) Hyr

eft *a*) *gladius*, *b*) *ignis*. Utraqve fignificatio hic locum habere poteft, nam hyrfkerder, *diffipator gladii*, virum *generofum* & *fortem* denotat, five id refpectum habeat *fortitudinis*, qva gladios in acie diffringit, five *liberalitatis*, qva gladios amicis & clientibus donat. Hyr præterea dum *ignem* denotat, eundem habet fignificatum, qvamprimum Odini aut reliqvorum Afarum nomen qvoddam adjicitur, qvod hic eft *Hroptr*. (*Edda* fab. 58.) Et tandem, fit Hroptr *gladius*, fit hyr *ignis*, erit Hroptshyr, *aurum*, & hroptshyrfkerder *diffipator auri*, five *vir munificus* & *generofus*. (3) Yggr nomen eft *Odini*; teiti, *lætitia*; unde yggsteiti erit *pugna*, *arma*, *ftrages*. (4) Hilldur, *bellona*; fed fenfu antiqviori & magis proprio *prælium*. Hialldr, *ftrepitus*, interdum metonym. *pugna*; Hinc Hilldarhialldur, *ftrepitus prælii* pro ipfa *pugna*. (5) Gná nomen *Deæ*; Hilldar hialldurs gná, *Dea prælii*. (6) Senna, *colloqvium* prolixum aut acre, *jurgium*; hyr, *gladius*, aft jurgium aut *rixa gladiorum* erit *prælium*. Hyr præterea eft *ignis*, Hilldarhyr *ignis prælii*, poët. *gladius*, & hilldar hyr fenna ex ratione pridem allata denotat *pugnam*. (7) Forfan legendum eft: höggna hefc, *ceciderim*. (8) Hlín, nomen *Deæ*. Gudvefr, *textile*, *byffus*. Qvod fi nomini Deæ alicujus, res, opera, aut ornatus muliebres adjiciantur, in lingva poëtica *fæmina* denotatur.

Ad Pag. 104.

Ec bidr múnkareyni (1) at beina mína för meinalaufa. Hárrar (2) heidisfolldar hallar drottinn halldi yfer mer ftalli (3).	*Chriftum oro, velit iter meum absqve noxa promovere. Excelfæ ferenitatis telluris aulæ* (cæli) *dominus fuper me teneat propugnaculum!*

(1) Múnkr, *monachus*; reynir, *explorator*, *dominus*; Id eft: *Chriftus*, qvem *Edda* (H h. b.) *monachorum dominum* poëtice appellari innuit. (2) Heidi, *ferenitas*, *excelfum*; folld, *terra patens*; heidisfolld, *regio ferenitatis*, id eft, *cælum*; höll, *aula*; heidis folldar höll, *aula cæleftis*. Si hattar hic ex mente S. V. *Thorlacii* legendum fit, ordo verborum talis erit: Drottinn hallar, heidis folldar halldi yfer mer hattar ftalli, ubi hattar ftallr, *fedes pilei*, *eft caput*. Vel. Drottinn heidis hallar halldi mer yfer hattar ftalli folldar. Sed cum lectio illa nulli exemplarium Bibliothecæ Magnæanæ & Archivi Antiqq. Holm. probetur, illa inter libri menda referenda videtur. (3) Stallr & ftalli eft *prominentia rupis*, aut parietis, qvalis inter propugnacula murorum exferitur, unde hic metonymiam ductam effe vero non eft diffimile.

Ad

Ad Pag. 161.

Línbundin (1) aulkarma (2) eik (3), en arma lofn (4), lætr mic for ſinum leſnis ſtofne (5). (Ek) firrunſt þar leika (6).

Lino ornata mulier (ach improbam faminam!) me lacertis ſuis arcet. Jucunditate ibi deſtituor.

Ek mun bída böl af brúde (7); Mer ſnertr harmr vid hiarta. Hrót (8) giörer mic fölvann, (hvörs) alldregi er bót.

Hanc ob ſponſam ærumna me manet; Luctus cor meum angit. Calamitate palleſco, quæ in melius nunquam mutabitur.

(1) Línbundin, *lino redimita*, poëtis freqvens eſt epithetum mulierum. (2) Aul, *convivium*, & *potus generoſus* qvicunqve, ſed cum majoribus noſtris *cerevisiæ* uſus freqventiſſimus fuerit, illi nomen hoc adhæſit. Karmr vero *vas*, vel *receptaculum* denotat. (3) Eik, *arbor*, ſed ex regulis poëticis fæmina nomine arboris cujusvis, in vernacula tamen fæminini generis, inſigniri poteſt, ſi modo adjiciatur denominatio de ornatu, muniis, aut qvibusvis aliis adjunctis ſexui ſeqviori propriis; unde aulkarma eik poët. denotat *fæminam*. (4) Lofn in *Edda* Fab. 30. eſt nomen *Deæ, qvæ ab amantibus invocatur*, ſed poëtis nomine appellativo *fæminam*, nomine proprio Deæ cujusvis, appellare licet. (5) Leſnir denotare videtur *colligentem*, aſt *manus* membrum eſt collectioni aptiſſimum, cujus ſtofn, ſive *truncus*, eſt *lacertus;* Qvod qvamvis conjectura tantum ſit, non tamen audacior eſt, qvam qvæ ſimilia, & ferme dixero, abſurdiora, exempla poëtarum comprobare poſſint. In mentem mihi qvoqve venit, an hic legendum ſit: for ſinum leſnis ſtafne, id eſt, *lecto*, vel *ſede ſtragulis ornata*, a les *veſtimenta lanea*, unde ſles, *veſtes acu contexta*, & priónles, &c. Stafn, proprie *prora*, hic *intima & transverſa ædium pars*, ubi mulieres ſedem ſæpiſſime habebant. (6) Leikr *ludus*, *jocus*, *jucunditas*. Qvin & vox Leika olim non erat obſcœna, & *ſociam thori* ſive *luſus*, exprimebat, unde *ſol* appellatur Dvalinsleika. (7) Brúdr, *ſponſa*, poët. denotat qvamvis *mulierem*, hic autem ſenſu magis proprio *uxorem*. (8) Hrót ſine dubio mendoſum eſt, referri tamen poſſet ad verbum hrióta, *diſſilire*, unde hrota *animal decrepitum*, *ſilicernium*. Sed qvamvis unicum tantum exemplar legat hanns rót, id tamen pro vera lectione adoptare non dubito, ita ut pronomen hanns referatur ad vocem harmr, qvo ſenſus ſit: *Cor meum luctus conſtringit, cujus radicibus alte defixis palleſco.*

Hac, qva jam dixi, via abstrusum hujus cantilenæ sensum investigare conatus fueram, sed postqvam versio & textus hujus libri prelum reliqverant, explicatio qvarundam cantilenarum ejusdem ad me pervenit, qvam Vir Plurimum Reverendus, & in Philologia antiqva septentrionali poëtica facile princeps, Dominus GUNNARUS PAULI, Paroeciæ Hiardarholtensis Pastor, & vicinarum Præpositus meritissimus, mihi perscripsit, qvam explicationem hujus carminis, & planiorem, & aptiorem, hanc dedit: „Línbundin aulkarma eik lætr þar leika arma. „ Losn firrist mic for sínum lesnisstofne. Ec mun alldregi bida bóter af brúdi. Harmr „ snertr mer vid hiartarót. Böl giörer mic fölvann. „ Id est: *Lino ornata mulier lacertos vibrat* (obluctatur). *Femina ad posticum ædis suæ parietem* (for lesnis stafni) *me vitat* (arcet). *Ab illa muliere bonum nunquam reportabo. Luctus intima corripit præcordia; Calamitate pallesco.*

Ad Pag. 172.

Ek heyri sára þorns (1) sveita svan (2) gialla úti. Bráđ vekr bláfialladann borginmóda (3) er mornar.

Ego audio avem carnivoram foris crocitantem. Præda corvum lividis pennis instructum tempore matutino expergefacit.

Sva gól gunnarhaukr (4) fyrr þá er fólknárúngar (5) váro feiger, er (gunnar) gaukar (6) sagdo Gautsbragda (7) spá.

Ita olim cecinit avis carnivora, cum viri principes morti erant vicini, dum corvi exitum præliorum (stragem) prædicebant.

(1) Sár, *vulnus*; þorn, *sentis*, *spiculum*; hinc száraþorn, *sentis vulnerum*, poëtis est *hasta* vel *gladius*. (2) Sveiti, *sudor*, item *cruor*, sudor autem vel *liqvor gladii*, est *sangvis*. Porro aves carnivoræ, & in specie aqvila & corvus poëtice describuntur nomine cujusvis avis, si modo appellatio Odini, sangvinis, prælii, vel cadaveris, aut cujusdam similis adjiciatur; ita hoc in loco száraþorns sveita svanr, sive *cygnus sangvinis*, est *avis carnivora*, & in specie *corvus* vel *aqvila*. (3) Borginmódi nomen *corvi* vid. *Edda* F f. 3. (4) Gunn, *pugna*; haukr, *accipiter*, hinc gunnarhaukr, *accipiter prælii*, *corvum* denotat. vid. No. 2. (5) Fólk, *acies*; nárúngr, *in extremitate*, vel *vicinia constitutus*. Hinc fólknárúngr, *Dux*, *vir princeps*, perinde ac fólksjadar, & oddvite *Ducem* denotant. (6) Gaukr, *cuculus*; hinc gunnargaukr *cuculus prælii*, vel Gauts gaukr, *cuculus Odini*, est *avis carnivora*. Vid. supra No. 2.

(7) Gautr,

(7) Gautr, nomen *Odini*, cujus bragd, *techna*, est *prælium*; Odinus enim Deus prælii habebatur, corvi vero huic sacri, crocitantes, lætitiam suam de *prælii exitu*, sive strage edenda exserunt.

Ad Pag. 173.

Hræs hagle (1) stokkinn valkastar báro
már (2) hlakkar er kemr módr at
(hræs) sæfe (3),] (oc) krefr morgin-
bráda.

Aqvila sangvine aspersus clangit, ubi defessus æqvor cruoris repperit, & prædam matutinam poscit.

Svo gól hrævagaukr (4) endr af fornom
eids meidi, þá er unda haukar (5)
villdu hilldinga (6) (unda) miöd (7).

Ita aqvila olim de vetusta arbore solitaria cecinit, cum aves carnivoræ sangvinem virorum fortium appetebant.

(1) Hræ, *cadaver*; hagl, *grando*, poëtice vero hræs hagl est *sangvis*. (2) Valr, *strages*; köstr, *strues*, *cumulus*; hinc valköstr, *strages accumulata*; cujus bára, sive *unda*, poëtice *sangvinem* denotat. Másr, & contracte már, *larus*, hinc valkastar báro már est *larus sangvinis*, id est, *avis carnivora*, & cum illi verbum at hlakka, *clangere*, conjungatur, *aqvila* hoc in loco commodissime intelligitur. (3) Hræ, *cadaver*; sær, & sæfe, *mare*; liqvor autem, sive mare cadaveris est *sangvis*. (4) Similiter & hrævagaukr, *avem carnivoram*, sive *aqvilam* denotat, a hræ *cadaver*, & gaukr *cuculus*. Ratio denominationis allata est in cantilenæ præcedentis & præsentis N. 2. (5) Und, *vulnus*; haukr, *accipiter*; Ex allegata mox ratione, *accipiter vulneris* erit *avis carnivora*, & in specie *aqvila*. Si qvis vero ita construere maluerit: unda eids haukr, *accipiter prælii*, idem sensus emerget; nam undaeidr *juramentum vulneris*, æqve *prælium* denotare poterit, ac vopnamessa, sverdasaungr, (*missa armorum*, *gladiorum cantus*) &c. Sed cum aqvila in isthmis, promontoriis (hinc *Sturlunga saga* apte dicit: örnin á nesinu) ac locis editis prædam præstolans undeqvaqve circumspiciat, vox eids hoc loco ab eid *isthmus* commode satis deducitur. (6) Hilldingr, *vir fortis*, qvod a Rege Hilldere filio Halfdanis Grandævi, deducitur. (7) Miödr, *mulsum*, undamiödr, mulsum *vulnerum*, vel etiam: undahauks miödr, *mulsum avis carnivoræ*, poëtice est *sangvis*. In genere de hac & præcedenti cantilena notandum est: ita ut in priori allocutio præcipue *corvi* esuriem describit, ita & hæc, qvæ responsoria est, de *aqvila* commodissime explicatur.

Flat- *O ho-*

Flatvallarbauga draugr (1)! búunst vid ilmar jálme (2). Mer varat daude í dag ne ádr rádinn of geir (3).

O homo! pugnæ nos accingamus; Non hodie mihi mors (continget), nisi prius illi per ensem devoto.

Ec ræki lítt þóar hedins fitiar litvöndr (4) leiki. Alldr var oss ádr asmarkadr vid rauda skialldo.

Parum curo etsi ensis cruentus vibretur. Ætas nobis per scuta rubra olim circumscripta fuit.

(1) Flatr, *planus;* völlr, *campus;* Flatvöllr, *qvicqvid in planitiem extenditur.* Baugr, *annulus, circulus, margo,* qvin & absolute *clypeus.* Præterea *clypeus* baug-jörd appellatur, cujus denominationis ratio in *Edda* L l. 2. diserte redditur. Draugr, *arbor arida,* flatvallarbaugadraugr, *arbor clypei,* est *homo.* vid. *Edda* I i. (2) Ilm, *prælium,* videtur deductum esse ab álmr, *arcus.* Jálm, *strepitus;* nisi cum *Codice Haukiano* legendum sit álmar jálmi, *strepitui arcus,* sive *prælio.* Laudatus, & nunqvam nimis laudandus, Dominus Gunnarus Pauli legit: ymu jálme, yma enim est *pugna,* ab ómr; hinc in *Völúspá:* ymr hit aldna tre. Id est: *arbor annosa sonum edidit.* (3) Allusio hic est ad Odinum, qvi moribundus se cuspide hastæ devovit, vid. *Heimskringla* Tom. I. pag. 11. Vir eruditissimus nuper laudatus hic legendum proponit: ádr enn geir ofrodinn; id est: *ante qvam hasta sangvine tingatur,* sive, *ante initium prælii.* Vel etiam ex ejusdem mente geyr, *latrat, resonat,* legendum erit, ita ut sensus sit: *antequam prælium constitutum* (rádin orusta geyr) *fragore incipiatur,* vel, *antequam arcus intensus* (ádr enn bogastreingrinn gellr, sive álmrinn geyr) *resonaverit.* (4) Fit, *ora planitiei,* & poëtice *terra.* Hedinn Rex erat qvi Hilldam rapuit, vid. *Edda* Fab. 67. Nomen *terræ* si ornatui vel operibus muliebribus adjiciatur, *fæminam* denotat. Qvod si & hoc epithetum omittatur, sensus tamen idem permanet, qvod hálfkendt appellatur. Ita hoc in loco Hedins fit, est *fæmina Hedinis,* sive *Hillda,* & ob synonymiam Hilldr est *pugna.* Vöndr, *virga;* litr, *color;* virga pugnæ novum colorem induens, erit: *gladius sangvine tinctus.* Conf. *Edda* K k.

Ad Pag. 175.

Her hafa sex sverda svipniördúngar (1), þeir er særfast, sárteins (2) bana sútlaust (3) úte á brústeinum.

Hic sex viri militares, qvi necem oppetunt, armis exanimati, foris in strato lapideo, sine dolore remanent.

Ec *Credo*

Ec hygg at hálfer (4) laga heptendur (5)
liggi epter. Ec let úbídendum svída
eggskeindar under (6).|

Credo bellatorum partem dimidiam remanere. Vulnera (autem) non præstolantibus acie læsa dolere feci.

(1) Svipr & svipan, *vibratio, motus citatus;* sverda svipan, *vibratio gladiorum*, id est: *prælium.* Niördúngr videtur deductum a nomine Dei Niördr, ita ut konúngr á konr, Skiölldúngr á Skiölldr, & multo plura. Ast *homines* nominibus Deorum appellare poëtis freqvens est, unde sverda svip niördúngr erit *Niördus prælii*, sive *vir militaris.* (2) Sár, *vulnus;* teinn, *qvicqvid in longitudinem extenuatum ducitur;* hinc sárteinn erit *hasta.* (3) Sútlaust, *sine dolore*, qvia scilicet sine vita & sensu. (4) Hálfer, qvoad numerum, *pars dimidia.* (5) Lag, *ictus armis intentatus*; Hapt, *repagulum;* ek hepte, *reprimo, retundo.* Hinc laga heptendur, *ictus militares retundentes*, sunt *bellatores.* (6) úbídendur, *qui non præstolabantur*, sive: *qvi aufugerunt.*

Varka (1) ek fyrr at víge fetla stígs
med fleiri (2); Fiórer osstopávender
frendur várom. Þar fyrer.

Ab initio non multos mecum in bellum eduxi; qvatuor scilicet cognati impetuosi ibi simul eramus.

Enn tólf, hvater gunnþíngsrunnar (3)
(komu) af gilva glad (4). Þeir er
villdo skunda til vors fundar rudo (5),
kölld vopn.

Sed duodecim milites alacres de navi (venerunt). Qui in nostrum occursum festinabant, frigida arma cruentabant.

(1) A, vel at encliticum, denotat, *non;* k epentethicum vel encliticum est pars pronominis ek, *ego;* Unde Varka contractum est pro Var-ek-at, *ego non fui.* (2) Stígr, *incessus.* Fetill, *ligamen, mitella*, & in specie *tænia, qva clypei suspenduntur.* Hinc & fetill metonymice pro *clypeo* vel *armis* adhibetur. Víg inter nomina *prælii* occurrit in *Edda* L. I. 4. 6. Fetlastígs víg erit *incessus militaris* (armorum) *cædis*, sive *prælium.* (3) Gunnr vel gunn, *pugna;* þíng, *conventus;* gunnþíng, *conventus prælii;* id est: *acies;* runnr *frutex;* Cum vero nomina arborum prælio, armis, & similibus adjecta, pro hominibus apud poëtas sumantur, gunnþíngsrunnr *virum*, vel, si mavis, *bellatorem*, denotabit. (4) Gilve est nomen proprium *piratæ* insignis; gladr, est nomen *eqvi*, ast animal maritimum, vel piratæ, poëtis pro *navi* usurpatur. (5) Si vopn *arma* sit casus rectus, verbum rudo denotabit *perverterunt, deturbabant;* à verbo ryd, ruddi, at rydia; Sed si vopn

erit casus qvarti, ut & revera esse videtur, verbum rudo à ryd vel rióda *colore rubro induco, cruento*, deducendum erit.

Ad pag. 176.

Siö sækitivar (1) svolnisgards hafa höggit (2) hösum til jardar. Valdögg (4), varmt blód, fell á vera (4).

Septem viri militares proni occubuerunt; pluvia stragis, sangvis (inqvam) calidus, in viros decidit.

Fleiri fiölnis þíngs furvidir (5) (komo) híngat, enn færa mano ske (6) út um mærar ekkils jálkbrautér (7).

Plures milites huc venerunt, qvam navim per æqvor referent.

(1) Tír vel Tyr nomen *Dei* fortitudinis & audaciæ summæ; Qvin & tivar, simpliciter, *dii.* Ek sæke, *impeto;* hinc sækitivar, *viri fortes*; licet enim ex regulis poëticis homines nominibus Asarum, sive Deorum, appellare. (2) Svolnir nomen est Odini, cujus gardr erit *Valhalla*, & sækitivar svolnisgards; *candidati Valhallæ*, id est, *viri fortes.* Vid. *Edda* fab. 33. 35. Si svolnis gardr *prælium* denotaverit, conjungendum etiam esset præcedenti sækitivar, ita ut sækitivar svolnisgards denotaret, *bellatores impetum facientes.* Si deniqve pro Svolnis legatur Sofnis, erit sofnir, *angvis*; gardr, *sepes, terra, cubile*, & sofnisgardr *aurum*; sækitivar sofnisgards, *viri munifici.* (3) Valr, *strages*; dögg, *pluvia*; pluvia vero stragis est *sangvis.* (4) Verar, proprie *defensores, præsidiarii*, poët. *viri.* Vid. *Edda* Hh. 2. (5) Fiölnir, nomen Odini, *Dei præliorum*; þíng, *conventus*; Fiölnisþing *pugna.* Fura, furuvidr, & contr. furvidr, *abies*; ast abies pugnæ idem erit, ac *vir militaris.* (6) Ske *damnum*; Sed hic potius ske pro skæ, assumendum, vid. supra pag. 401. (7) Mær, *purus, limpidus*; ekkill, nomen *piratæ* famosi: jálkr, *eqvus cantherius*, & poët. qvilibet *eqvus* vel *animal*; hinc ekkilsjálkr, *navis*; braut, *via strata*; ekkilsjálkbraut, *via navis strata*, sive *mare*; mærar ekkilsjálkbrautér, *mare resplendens.*

Her mego daltángar hæli börvar (1) siá skióma hlióm (2), (oc) merki dýrs dagsverkis, hvad fiórer drýgdu.

Hic viri gloriosi prælium videbunt, & signum præclari operis diurni, qvod qvatuor patraverunt.

Enn

Ego

Enn ek hugdak hýrbrigdi (3), at (ver) giæfom gunnarræfs gridbítom (4)! lít-inn frid, Hrafn fleit beito af ná.

Ego vero praelium reputabam, nos siquidem securitatis munimenti violatoribus parum pacis concessimus. Corvus escam de cadavere decerpsit.

(1) Dalr, præter multas alias notiones, fignificat *arcum;* taung, *forceps;* daltaung, *manus,* fimili ratione ac dalnaud, *manus;* hæli, qvafi hól, *gloria*, *pompa;* fed pompa vel ornatus manus poëtice *aurum* denotat. Bör, *portator;* a voce ek ber, *gero*. Hinc daltíngar hæli-bör, *gestator auri*, eft folita viri apud Poëtas antiqvos feptentrionales denominatio. (2) Skiómi, *splendor*, 2) poët. *gladius;* hliómr, *sonitus;* fkiómahliómr, *gladiorum sonitus*, freqvens Poëtis eft defcriptio *prælii*. Si cui ita conftruere libuerit, Daltángarfkióma (*auri*) hælibörvar (*gestatores gloriosi*), erit hliómr *prælium*, qvæ defcribendi ratio hálfkendt appellatur. (3) Hyr, *gladius*; brigde, *vibratio*; vibratio autem gladiorum eft *pugna*. (4) Gunn, & gunnr, *prælium*; ráf, ræf, & ræfr, *tectum*. Tectum prælii eft *munimentum*. Grid, *pax*, *securitas*, & fpecialiter *domestica*, ut & *domicilium*. Hinc gridbítr, *violator* talis *securitatis*, & gunnarræfs gridbítr, *violator securitatis domesticæ in munimento*. Non nego gunnarræf fimili ex fundamento per *loricam* explicari poffe, cum gunnarræfs hyrbrigde *prælium* denotabit, ubi hyr erit *ignis*, fed ignis tegumentorum bellicorum poëtice eft *gladius*.

Unnom audimönnum (1) verk; dreyruga ferki (2). Ek á þunnan gunnarhiör (3). Vær drógunft at víge (4).

Viris destructoribus (piratis) laborem facessivimus; cruentas loricas. Ego gladium acutum possideo. Nos prælium accessimus.

Herdilofdar (5) höfdo vefæri (*) heingi túngur (6) und hilldarbards fkilldi (7). Hángurvölum (8) þvarr húngur.

Viri militares gladios, pacis disturbatores sub scutis, ferro marginem obductis, habuere. Corvos fames deseruit.

(1) Audimönnum, qvafi eydimönnum, *destructoribus;* Nam analogia lingvæ vix admittit audimönnum; *viris munificis*, vel etiam *fortunatis;* aut *piratis*, qvod deducendum effet ab audi, *pirata*. Ita enim effe deberet audmönnum, vel audamönnum. (2) Serkr, *indusium;* poët. ubi de bello fermo eft: *lorica*. (3) Gunn, *pugna;* hiör, enfis; gunnar hiör, *ensis pugnæ aptus*. (4) Víg, proprie *cædes*, poët. *prælium*. (5) Herdi, *durities fortitudo;* Lofdar, *viri;*

viri; herdilofdur, *viri fortes*. (*) Ve, *pax*, *securitas publica*, *sanctitas*. Særi, *læsio*; ve-særi, *violatio pacis*. (6) Túnge, *lingva*, & ob similitudinem figuræ *gladius*; Heingi (ab ek hánge, *pendeo*) túnga *gladius pensilis*. (7) Hilldr, *bellona*, *pugna*: bard, *margo clypei*; hilldarbard, *margo clypei militaris*, id est, *ferro obductus*; & hilldarbardsſkiölldr, *clypeus marginem ferro obductus*. (8) Hángr nomen *Odini*, eo qvod Deus suspensorum habebatur; valr, *accipiter*; ast accipiter Odini lingva poëtica est *corvus*.

Ad Pag. 177.

Gnýr (1) var hardr, þá er giördom snarpa griótvarpsloto, sundur geingo grá Þundar klæde (2) at sverds saungvi (3).	*Magnus erat strepitus cum faceremus acrem impetum projectionis lapidum, & loricae dissecabantur in praelio.*
Hækingsvider (4) hluto fleiri bana ádur þeir æki (5) á hæl til hvílldar. Hialldurs hríd (6) kvam á skiölldo.	*Plures milites necem oppetebant, antequam terga darent &, quieti indulgerent. Telorum nimbus in scuta decidit.*

(1) Gnyr, proprie *strepitus*, *fragor*, poët. *pugna*. (2) Þundr, nomen *Odini*, Dei præliorum; hinc Þundarklæde, *vestimenta militaria*, id est, *lorica*, *galea* &c. Grá autem, sive *cana* vocantur a colore ferrum politum referente. (3) Sverd, *gladius*; saungr, *cantus*; sverda-saungr, *pugna*. (4) Hækingr, *ensis*; qvod vocabulum in *Edda* Codic. Worm. invenitur. Vidr, *lignum*; Hækingsvidr, *homo*. (5) A verbo ec ek, ók, aka, *curru vehor*, poët. adhibetur pro vík, *cedo*. (6) Hialldr, *strepitus*, poët. *prælium*; hríd *procella*. Hialldurs-hríd, *impetus prælii*, & in specie *telorum conjectio*.

Sigurstallsvider (1), þeir er falla sárer, heyre] blódfallsſvan (2) gialla of ná. Benskári (3) dreckr báro (4).	*Viri sauciati occumbentes audiant corvum ad cadaver crocitantem. Gladius sangvinem fundit.*
Þar feck örn sýlg (5) er fektaudigr (6) Slettu-Helge fellt raudo (7); enn erni ero hræsveipadar greipur.	*Ibi aqvila haustum nactus est, ubi reus ille Slettu-Helgius sangvinem misit, sed ungves aqvilae cadavere erant obvolutæ.*

(1) Sigr,

(1) Sigr, *victoria*; ſtallr, *abacus prominens*, & res qvæcunqve talem figuram gerens, ex. gr. caput *mallei*. Sigrſtallr, *malleus* victoriam adferens, ſive *militaris*. Vidr, *lignum*, qvod ſi talis denominatio armis adjiciatur, honorifica viri appellatio emergit; ita ut ſigrſtalls vidr ſit *vir*. (2) Svanr, *cygnus*; blódfall, *miſſio ſangvinis*; blódfallsſvanr, *avis carnivora*, *corvus* vel *aqvila*. (3) Benſkári, *gladius*, à ben, *vulnus*, & ſker, *ſeco*. (4) Duplex hic eſt metonymia: bára, proprie *unda*, pro *ſangvis*; drekkr *bibit*, pro *fundit*. (5) Sylgr, *hauſtus*, à ſvelge, *deglutio*. Cum autem hic hauſtus fuerit avis carnivoræ, ſolitus poëſeos antiqvæ ſeptentrionalis genius *ſangvineum hauſtum* reqvirit. (6) Proprie *reatûs dives*. (7) Fellt, pro fellde, vel hefr fellt. Raudo, pro rodo vel rodro. Conf. ſupra pag. 399. g.

Ad pag. 178.

Álmþíngſamer (1) ítar báro hiálma á móte oſs upp af allþakkligum (2) ára blakki (3).	*Viri bellicoſi galeas contra nos exportabant e pulchra navi.*
Enn er þeir herdimeidar (4) báru (þá) á braut, (höfdu) gódum leider handmens beidendur (5) ſkornar hlidarrander (6).	*Sed viri illas auferentes, viri bonis inviſi, habuerunt ſcuta diſciſſa.*

(1) Almr, *arcus*; þíng, *conventus*; álmþíng, *prælium*; álmþíngſamr, *bellicoſus*. Forte & rectius ita conſtruitur: ítar báro álmþíngſamer; ut ſenſus ſit: *viri prælium ſpirabant*, *dum portabant* &c. (2) Pro allþekkiligom. (3) Blakkr, *eqvus*; ár, *remus*; árablakkr, *eqvus remis inſtructus*, id eſt; *navis*. (4) Herdi, *fortitudo*, *bellum*; meidr, *lignum*; ſed lignum prælii poëtice *virum* denotat. (5) Hönd, *manus*; men, *torqves*, *monile*; handmen, *armilla*, & *aurum*; handmens beidendur, *aurum expoſtulantes*, ſunt *viri*. (6) Hlid, *latus*; rönd, *margo*, *clypeus*; hlidarrönd, *ſcutum latera protegens*.

Ad pag. 218.

Mangi [(1) mordkannadra (2)] íſarn meidr (3) hugdi annat, enn almærer (4) Æſer færi þar,	*Nemo virorum militarium aliud putabat, qvam, qvod ſereniſſimi Aſae ibi iter facerent,*

er þeir hardfengs Hiallta ſyner gengo á Þorſkafiardarþíng med enni tínglom (5). Hollt rís varla.

ubi acris Hialltii filii in forum Thorſkafiordenſe caſſidibus inſtructi incedebant. Glareoſus (eos) vix ſuſtinet collis.

(1) Mange, contracte pro mann enge, *nemo*. (2) Mordkannadr, *cædis peritus*,' id eſt: *militaris*. (3) Íſarn, *ferrum*; meidr, *lignum*; ſed lignum ferri vel armorum eſt *vir*. (4) Mær, *purus, eximius*. (5) Tíngl, *ornatus*; enni, *frons*; ornatus frontis in viris militaribus eſt *galea*.

Ad pag. 238.

Lætr glamrandi hamra (1) fork gialla hvemeira æ ſem orkar at Geirhilldar glot (2) killi.

Reſonantem ſudem ferreum vehementer clangere pro viribus ſemper facit in Geirhilldae culeo aqvoſo.

Hár járnſtafr ſkapar ærna hríd (3) kerlingar ſido á Hialltaeyre (4). Trölli ero ſollin rif.

Longus ſudes ferreus lateri vetulae in Hialltaeyra vehementem procellam creat. Coſtæ veneficæ tument.

(1) Glamrandi, *reſonans*, tam referri poteſt ad fork, qvam killi. Hamar, *malleus*; hamra forkr, *ſudes malleo productus*, id eſt, ferreus,' niſi hamrar, hic ſint, *rupes prærupta*, in qvibus gigantes & ſagæ habitare credebantur. (2) Glot deduci poteſt, vel a glat, glæta, *humor, liqvor*; vel a verbo glata, glotra, *perdo*; Prius locum habere poteſt eo qvod culleus erat aqva plenus, poſterius, (ſicuti lubet) qvod a Steinraudo deperdebatur. (3) Hríd proprie *procella*, hic *damnum violenter illatum*. (4) Tröll, *gigas*, *genius malus*, *venefica*.

Ad Pag. 365.

Ek rídkat (1) á móti randarhóts rækimeidum (2). Þeſſum þegni er ſköput (3) þraut; ec fer einn á brauto.

Non eqvito in occurſum bellatorum. Huic viro afflictio deſtinatur; ego ſolus iter facio.

Ek vilkat (4) finna ſpaka vidrisbálka vinnendur (5). Ec man ei þykia þer ær, leitak mer færis.

Nolo convenire bellatores victorioſos & ſapientes. Tibi non videbor delirus; occaſioni (elabendi) invigilo.

(1) Ríd,

(1) Rid, *eqvito*, k epentheticum eſt Pronomen ek, *ego*, & at encliticum eſt particula negativa. (2) Rönd, *margo*, *clypeus*; Hót, *minæ*; Randarhót, *prælium*; meidr, *lignum*; ek rek, ræki, *pello*; vel ek ræki, *colo*; Hinc rækimeidr randarhóts, *vir*. (3) Ek ſkapa, *creo*, *fatum impono*; hic videtur ſenſus eſſe: *malum mibi* minantur, vel *intendunt*. (4) Vilkat, *nolo* Vid mox ſupra not. 1. (5) Vidrir, *nomen Odini*, Dei præliorum; bálkr, *ſepes*, *columna intermedia*; hinc Vidris bálkr, *vir militaris*; Si vero Vidris bálkr *prælium* denotare ſtatuatur, à bálkr *tempeſtas*, erit Vidrisbálka vinnendur, *viri militares*.

Ec hnekki þar frá er miöc ſtórer flokkar Þóris fara; mer erat þerfiligt (1) at hverſa í þeirra þys.	*Inde diverto, ubi permagnae Thoreris turmae iter faciunt; Turbae huic me immiſcere non expedit.*
Fórdunſt frægra virda fund, ec á veg til Lundar (2). Ec verd at hirda Heimdalls hiör (3), biörgum ſva fiörvi.	*Celebrium virorum occurſum fugio; Lundum mihi eundum eſt. Caput mihi conſervandum eſt, & vitae ita conſulendum.*

(1) Erat, *non eſt*. Þerfiligt, pro þarft. (2) Lundr, ſi hic non eſt nomen loci proprium, denotat *lucum*, qvod hálfkent, *vir*, poëtice audit. (3) Heimdallus unus Aſarum, ſive Deorum antiqvorum ſeptentrionalium, qvi capite fuit interfectus, unde & caput poëtice *gladius Heimdalli* appellatur. Hiör, *gladius*.

Ad Pag. 268.

Svo tekr Haralldsvíg alla valfallsvíſa (*).	*Ita caedes Haralldi omnes milites (ſecum) rapit.*

(*) Valr, *ſtrages*; valfall, idem. Vís, *ſapiens*; valfallsvís, *ſtragis edendæ peritus*, *miles*.

Ad pag. 288.

Ver höfum ádur of fáda únga audarbrúdi (1) á vegg, þar ſem þat var ſett Þóri vid gletto.	*Nos fœminam adoleſcentem antea depictam exhibuimus in pariete, ubi, ut Thoreri ægre fieret, conſtituta fuit.*

Nú | *Nune*

Nú hef ek ristit rastakarms hlín (2) á haukaskapts hepte (3) míno (4). Ein ölbækis (hlín) (5) red fyrir því meini.

Nunc foeminam exsculpsi in manubrio meo. Una foemina mali illius causa est.

(1) Audr, *divitiæ*, *aurum*; brúdr, *sponsa*; sed tam brúdr, qvam audarbrúdr poët. *fæminam* qvamlibet denotat. (2) Röst, nomen *maris*, sumitur syneed. pro qvocunqve *liqvore*. Vel etiam hrost vel hrosti *cerevisia*, unde in *Edda* poëfis appellatur hrostabrim. Karmr, *vas* vid. supra pag. 405. Hlín una *Dearum*. Hinc rastakarmshlín, *fæmina*. (3) Haukr, *accipiter*; skapt, *manubrium*; sed cum venatores accipitres manu tenentes circumvehant, haukaskapt poëtice erit *manus*. Vid. *Edda* Gg. Hepte est synonymum vocis fáng, unde haukaskapts hepte est handfáng, *manubrium*. (4) Míno, *meo*; vel referri potest ad *manubrium*, vel *malum*, (5) Öl, *cerevisia*; bæki, (à bók, *liber*, hinc bækr, *lodices*, beyke, *fraxinus* &c.) *vas*. Hlín, nomen *Deæ* vid. supra No. 2. Hinc ölbækis hlín, *femina*.

Ad pag. 361.

Ek var þar er Errubeinn fell til fyllar (1), dróttar vinr (2) sótti fram, enn ítur unnar túngur (3) súngu hátt.

Ego aderam, ubi Errubeinn penitus occubuit, vir fortis acriter impetebat, sed egregii gladii magnum sonum edebant.

Ec gaf Ódni (4) þróttardiarfann arfa Ásmódar (5); Gulldum gálgavalldi (6) gauts tafn (7), enn hrafni ná.

Ego dedi Odino fortem Thormodi filium; Odino stragem, sed corvo cadaver, persolvimus.

(1) A fullr, *plenus*, *perfectus*. Vel etiam fylla hic erit hálfkent, pro Odins fyllar. Fulla enim, sive Fylla est nomen *Deæ*, sed Odinsfylla, *uxor Odini*, erit *terra*, ita aptissimus erit sensus: *in terram procidit*. (2) Drótt, *satellitium*; vinr, *amicus*; dróttarvinr, *vir generosus*. (3) Ítur, pro itar; nisi ad dróttarvinr videatur referendum ítr, *eximius*. Túnga *lingva*; unnr, *liqvor*, *mare*, & hoc in loco *sangvis*. Unnartúnga, *lingva sangvinis* est *gladius*. Confer. supra pag. 412. & itar unnartúngur, *gladii melioris notæ*. (4) Notissima est veterum septentrionalium opinio, qvi bello & armis cæsos satellitio Odini adscribendos fore credebant, qvi Deus erat pugnæ, duelli, stragis, patibulo suspensorum &c. Huic etiam victores hostes suos cæsos devovebant. (5) Thorgrimus Errubeinn filius erat Thormodi, sed hic dicitur Asmodi filius, qvod per regulas poëticas eatenus licet, qvod As sit nomen

nomen commune *Deorum*, qvorum unus fuit famofiffimus ille Thor. (6) Gálgavalldr, vi vocis, *dominus patibuli*, eft nomen *Odini*. Vid. fupra N. 4. (7) Gautr, nomen *Odini*; tafn, *oblatio*; Gautstafn, *ftrages*. Conf. etiam fupra N. 4.

Ad pag. 362.

Á hægre hende er band, (1) ec hlaut fár af týbáro (2), ec lýg þat eigi minni lin vengis leygiar (3) bil.

In dextra eft ligamen, gladio vulnus mihi eft inflictum, qvod non mentior uxori meæ.

(1) Band, *ligamen*; five dextra obligata fuerit, five funiculo fuftentata. (2) Tyr, *Afarum*, five Deorum animo fortiffimus; bára, *unda*, trop. *calamitas*, vel qvod calamitatem adfert, erit igitur tybára; *gladius*. Sed qvamvis & hæc noftra explicatio ipfi Gunnaro Pauli haud improbetur, ille tamen pro fua in hoc literarum genere eruditione & ingenio perfpicaciffimo, multo aptiorem invenit; Tyr fcilicet, dictus ille Deus, manum ori Fenris-Ulfi indidit, hic autem illi manum præmordebat, unde Tybára (Tyrs áfelli) propriiffimo fenfu eft *calamitas*, non *a Tyre* illata, fed *accepta*, id eft, *manus præcifa*. Vid. *Edda* fab. 23. (3) Linr, *mollis*, *fluidus*; vengi, *pratum*; linvengi, *pratum fluidum*, id eft: mare. Logi *flamma*; linvengis logi, *flamma maris*, id eft: *aurum*; bil, nomen proprium *Deæ*; linvengis leygiar bil, *Dea auri*, id eft, *mulier*, *uxor*. Qvantumvis fpeciofa hæc explicatio fuerit, & communi omnium exemplarium lectione nitatur (10 & 11 carmen plane omittunt, in fragmento autem membraneo dubium eft an legi debeat *lin*, an *linn*), oritur tamen fufpicio legendum effe linnvengis bil, cum hæc ipfa appellatio fæminæ in *Eddæ Sæmundinæ* carmine *Oddrúnargrát* occurrat, & tunc ordo verborum & fenfus talis foret: „Ec lyg eigi minni linnvengis bil, þit leygiar.„ Id eft: *Non mentior uxori meæ, fangvis (enim) promanat.* Ubi linni, *angvis*; vengi, *pratum*, *terra*, *cubile*; cubile autem angvis, eft *aurum*; & Dea, five Bil, auri, ut fupra, erit *mulier*, vel *uxor*. Þit leygia, nunc non à logi, *flamma*, fed à lögr, *liqvor*, & qvidem, poëtice ubi de vulnere fermo eft, *fangvis*, deducendum effe putet. Si cui ita conftruere vifum fuerit: ec hlaut fár af báru leygiar ty id eft: *vulnus accepi de (flammæ maris*, i. e. *auri*, *Deo*, i. e.) *viro*, aptus fatis & forfan veriffimus emergeret fenfus.

Ad pag. 387.

Sniallr (1) á til kallda hialldr búd (2) á haugahellu (3). Drótt! Veki þer dreira í dag, nú er figr á fpiótum.

Sniallus habet tabernaculum militare nimis frigidum in petra tumulorum. Satellites! Hodie fangvinem effundite, (nam) victoria jam eft in haftis (victoria favet).

Hitt man ek, at hilldar valldr (4) raud ec hlærandi blæiu (5). Sva nefni ek fyrftr at rómo (6) fkiölld fköfnum ffkióma (7).

Hoc memoria teneo, qvod bello fortis loricam ridens cruentavi. Ita primus ego in praelio clypeum contra politum enfem commendo.

(1) Sniallr, *acer*, *in agendo dexter*, fed & hic nomen viri proprium, qvi duplex fignificatus ambiguitatem, a Poëta qvæfitam, parit. (2) Hialldr, *ftrepitus*, poët. *pugna*; Similiter & hoc nomen viri proprium effe poterit, unde & ambiguitas fenfus. Vid. mox fupra No. I. Búd, *tabernaculum*; hialldrbúd, *tabernaculum militare*, five *tumulus in acie occumbentis.* (3) Hella, *petra*, *faxum planum*; haugr, *tumulus.* Forfan & Haugahella nomen hujus loci proprium erat. (4) Hilldur, *pugna*; valldr, *potens*, *autor*; hilldarvalldr, *autor prælii*, five *vir ftrennus.* (5) Blæia, *lodix*, & de re militari poëtice *lorica.* (6) Róma, *garritus*, poët. *pugna.* (7) Sköfnum, ab ec fkef, *rado*, *polio.* Voce fköfnum *viros fortes* indicari fufpicatus fueram, fed longe qvæfita vocis etymologia de fkapa vel fkemme (qvafi fkömnum vel sköpnum) tam inepta eft, qvam heic loci non neceffaria; Planiorem heic exhibitam explicationem eruditiffimo, & in originibus lingvæ feptentrionalis eruendis feliciffimo *Johanni Olavio* Hypnonefio, debeo.

Búd mín ftód fift holl (1). Þá (ver) fellum her, gekk hver brandsbrædra (2) fyrer annan, oc helldum fnialler (3) velle (4).

Tabernaculum meum minime commodum (hic) fitum erat. Cum hic occumberemus, unus commilitonum alterum præcedebat, & acres ftationem tuebamur.

Hialldr (5) hrólar hug fyrer vífa (6). Víg ero til fialldan. Ofs gledr þat, er ec veit þic teitan gefa Vidri (7) val.

Hialldus animum Regibus commendat. Cædes nimis raro accidunt. Gaudium nobis adfert, qvod fciam te lætum Odino ftragem dediffe.

(1) Ita

(1) Ita ut *Sniallus* in priori cantilena tumulum frigidum esse conqveritur, ita & *Hialldus* in hac incommoda ejusdem commemorans inducitur. (2) Brandr, *ensis*; bróder, *frater*; brands bróder, *commilito*. (3) De æqvivocatione vocis Sniallr, vid. carminis præcedentis No. I. (4) Maximo honori ducebatur occumbentem non cessisse, sed stationem retinuisse, vel etiam prorsum processisse. Vid. *Hakonarmál* in *Heimskringla* Tom. I. pag. 166. (5) Vid. carmin. præced. No. 2. (6) Vísi, víser, *dux*, *monstrans viam*. Hinc vísir verdúngu, *dux satellitii*, id est, *Rex*. Vid. *Hákonarmál* loc. cit. pag. 164. ubi & mox pag. seqv. Vísir, absolute positum, *Regem* denotat. Vís etiam est *sapiens*, unde valfallsvís, *peritus stragis*, id est *miles*; vid. supra pag. 268 & 415. & absolute vís, *miles* (hálfkent). Cæterum ut *Sniallus* in priori carmine *clypeum*, ita & *Hialldus* in hoc *animum* viris militaribus commendat. Conf. No. 1. 3. (7) Vidrir, nomen est *Odini*, Dei præliorum, cui strages erat sacra.



INDEX RERUM IN LANDNAMABOK OCCURRENTIUM, MAXIME QVA RELIGIONEM, RITUS, ET INSTITUTA VETERUM SPECTANT.

A.

C.

D.

E.

F.

Ferri

O.

P.

R.

S.

T.

U.

INDEX



INDEX NOMINUM PROPRIORUM PERSONARUM, IN LÁNDNÁMABÓK OCCURRENTIUM.

Nomina Aboriginum literis currentibus notantur,
ſ. in fine vocis, filium (*ſon*), d. filiam (*dótter*), *denotat.*

Arnbiörn

Brækir,

Ellida-

Gaura,

Gunn-

Hræ-

Ivar

Kolr,

M.

N.

N.

O.

Olafr

P.

R.

 Rafn.

S.

S.

Snorri,

Svert-

Valdís.

Víga.

Þórdr

Þór-

Þórir

Þór-

Þórólfr

Þór.

INDEX NOMINUM PROPRIORUM LOCORUM, VILLARUM, MONTIUM ET FLUVIORUM IN LANDNAMABOK COMMEMORATORUM.

Loca exotica literis, quas currentes, sive Italicas, appellare solent, indicantur.

A.

B.

B.

Brimnes-

F.

F.

G.

H.

Hall-

J. Y.

Mána-

Ond-

Svína-

INDEX VOCUM POËTICARUM, ET QVARUNDAM ALIARUM, QVÆ RARIORES VISÆ.

A.

A*farmenni* homo violentus, viribus vehemens 125. Prior vocis pars desumta est a veteri *afa*, *öf* vehementia, nimietas; Genitivo *afar*, qvod in particulam sæpius abit: *Afar-reidr* valde iratus; *Afar-Kostr* conditio gravis & iniqva; *Afar-ord* minæ, verba dura, Thom. f. *Þaug afarord bafa skekit or þeim allan-stad.* i. e. Ista minacia verba omnem animi firmitatem illis excussit.

Afreksmadr vir strenuus, & in exseqvendis negotiis acer 86. *Afrek*, forte facinus.

Al, *ol*, f. lorum, corrigia, 231. *ál-bellti* zona coriacea, *Stiórn.* A similitudine, qvam habet cum *áll* angvilla, ita dictum est; Sv. *aal* anqvilla, item lorum, scutica, qvæ & latine *angvilla* dicitur.

Alfreki ventris exoneratio 93. Sic *Bárdar f. Snæfells ás.* cap. 4. *Þeir böfdo gengit á bord at álf-reka* (male impr. *alreka*), *þann vallgáng rak upp i vík ena sömu, oc beitir þat sidan drit-vík.* i. e. Illi (nautæ) in oram navis ad officia naturalia secesserant; hæc vero excrementa de mari ejecta sunt in eundem litoris sinum, qvi postea sinus stercoreus dictus est. *Alfreki*, vi vocis, geniorum loci fuga, in qva dictione paganæ superstitionis vestigium facile vides.

All m. angvilla, 2) ob similitudinem major & oblongus in fundo maris alveus sive fossa, 3) Synecdochice & poëtice mare. Hinc *álls rafn*, corvus maris, i. e. navis, 73.

Allda-far temporum lapsus, i. e. res tempore præterito gestæ, *Alldafarsbók* historia, annalis. 1.

Allr omnis, it. qvi vivere desiit, mortuus 126.

Alm-þing, pugna, q. d. conventus arcuum; ab *álmr* alnus, it. arcus ex alno confectus. *álm-þingsamr* pugnax, pugnæ studiosus 178.

Allskialldadr clypeis undiqve tectus, 126. Hic de nave: veteres enim naves suas portum intrantes clypeis ab utroqve latere suspensis exornare solebant.

Amar, poëtice pro *bamar*, piscis genus, cammarus, Dan. Sv. *bummer*. Hinc *amrafiöll*, fluctus, undæ, *amra fialla böll* navis, 377.

Amorligr portentosus 163 vox infreqvens, & obscura, forte scribendum *ámattligr*, *amotligr* t.t.ra versandus.

Andlit vultus 195. alias *áliz* aspectus, facies, *fagr ålits* formosus; *åstin fer at ålitino varla*, amor ex forma (sive pulcritudine) non semper nascitur.

Annir pl. labores. 76. Genit. *anna* cfr. pag. 402. Sed malim l. c. intelligere *endar*, *öndur* pl. Xylosoleæ, genitivo *anda*, evphon. *anna*. Hinc *Heidings-öndur* naves, *Heidings-anna-leid* via navium, i. e. mare. Vid. *Hedinn*.

Anyt f. lac ovillum, 217: ubi *bafdi stefnt bonum um ånyt*, eo nomine in jus eum vocarerat, qvod oves ejus furtim mulxisset. Vox componitur ab *ær* ovis fœmella, & *nyt* fructus, it. portio lactis, qvam vacca sive ovis, statis cujusqve mulctus temporibus edit.

Apal-grår scutulatur. 88. Ger. *apfelich*, & *apfelgrau* idem; coloris genus, cujus rotundæ maculæ pomorum speciem habent, unde latinis inferioribus *pomelatus*, Gallis *pomelé* dicitur.

Årbot f. annonæ reparatio 302. *år annona*. Aliud est suis locis in Islandia usitatum *årbot* sinus fluvii, anfractus amnis.

Ardr m. aratrum 15. interdum neutrius generis *Alex. f.* Cognatum est *årdi* stipes, lignum teres, ab *er*, imperf. *arda*, aro, Þorl f. Þeir *ördu blut af nesinu*, aliqvam ejus peninsulæ partem ararunt.

Armadr administrator, œconomus, 126. a simplici *år* minister.

Arós ostium amnis 40. Hinc nomen habet urbs Cimbriæ *Aarhuus*, ad amnem sita, olim *Ar-ós*, Knyt. *f.* cap. 32. alibi.

As deus. *Hinn allvalldi ås* deus ille omnipotens 300. plur. *æsir* dii 218. Proprie de Othino ejusqve sociis ex Asia oriundis; deinde latius sumtum est. *Snæfells ås*, montis glacialis divus, athletæ magi cognomentum, qvem inter deos numeravit Islandia Gentilis.

At præpos. cum *abl.* ad, in, sub, ab, ex. *At hofi*, in delubro, 392. *at vetri* ineunte hieme, 286. *at berfangi*, in captivitatem, 121; Þág *at bönum*, ab eo accepit 285; *Keypti at måna*, a Manio emit 216. *markadi at vedrum*, ex tempestatibus judicavit 257. *at Oleyfi bans*, ejus ingratiis. 207.

At præpos. cum Genit. apud, cum: *gisti at Þrandar*, apud Thrandum hospitabatur 247. *andadiz at mågs sins*, in ædibus affinis sui mortuus est. 229.

At adv. non: *erat* non est, 265. *vilkat ec*, nolo ibid. fere verbis subnectitur tam in prosa qvam in poësi, licet hic freqventius.

Atgeir framea 174. Qvidam perperam scribunt *Arngeir*; fuit vero teli acuti genus, qvo veteres non tam ad cædendum qvam pungendum usos esse ex monumentis nostris patet. Accepimus ab Ango-Saxonibus, qvibus *atgar* framea, lancea, & primaria notione *falarica*, id est, telum igniferum, qvare doctissimus Wachter componi censet a veteri *et*, *eit*, ignis & *gar*, nobis *geir* lancea, hasta.

Atti octavus; *åtta vetra* octio annorum 85.

Audi-menn homines nihili, *audimenn gunnar*, ignavi milites 176. ab *av*, *aud*, particula

particula privativa; *auvirdr* & *auvirdr* contemtibilis.

Audit, participium neut. gen. prædestinatum, fatis concessum vel indultum 204. Genit. *audins*, *Alex. f.* *lása audins bída*, fatorum prædestinationi relinqvere.

Averki saucietas, læsio, 191. a verbo *orka* facere, valere, *orka á mann* viribus contra qvem valere, i. e. lædere, violare. Sic *vinna* facere, posse, *vinna á* laedere, sauciare.

Aust-madr homo orientalis, i. e. Svecus, 228. plur. *aust-menn* orientales, id est, Norvegi 172. Ob naturalem enim terrarum situm Norvegi Svecos, sicut Islandi cum Anglis & Hibernis Svecos atqve Norvegos homines orientales vocarunt. Sic *austr* versus orientem, Islandi de Norvegia intelligunt: *er hann austr med fe sitt*, si in Norvegia suas facultates habuerit. *Gragás*, *Þingsk.*, Þ.

Austrænn orientalis, it. Norvegus 90. qvomodo Biörnus qvidam ab Hebudensibus cognomento dictus est, eoqvod natu Norvegus esset, patriosqve ritus & gentilem religionem mordicus teneret, *Eyrb.* f. Mirum ergo, qvod hujus denominationis ratio doctissimum A. Jonam fugerit. Vid. Specimen Isl. pag. 37.

B.

Bálkr agger, cumulus, it. impetus, procella *Vidris bálkr* pugna 265.

Banaord cædes 315. *ord* terminationis loco positum ad sensum parum aut nihil facit.

Bára unda, fluctus, *blodfallsbára* sangvinis fluentis copia 178.

Baugr annulus, armilla. Inde Galli habent suum *bague* & Lat. barb. *baca*, *boca* annulus. *Baugr tvieyringr* armilla duarum unciarum, vel sextantis pondere 299. Aureum ornamentum intelligitur, qvod velut sacri muneris insigne gentiles sacrifici ferebant.

Beina expedire, it. alicujus negotium vel iter promovere 104. *beinn* rectus, æqvus, it. hospitalis, *Sturl. f.* *Tók bónum vel, oc var hinn beinasti*, i. e. humaniter excepit eum, & valde hospitalem se præbuit. *cfr.* *greida*.

Beita mordere facere, diversa ratione: 1) inescare, 2) piscere, 3) vibrare, ad ictum applicare gladium. 84. hinc *beita* esca 176. *beiting* pastus 338.

Benskári instrumentum vulnificum, i. e. ensis 178. *ben* vulnus, *skeri*, *skari* falx. Simplex *skarr* gladius habet Edda.

Ber, imperf. *bar*, fero, *bar ec af Þeim bánaord* cædem (victoriam) ab illis reportavi, id est, ipse illos vici 315. Alias elliptice *bera af*, superare, *Floamm f.* alibi. *Hönum bar rikit*, regnum illi jure hæreditario debebatur 353.

Bera ursa 190. a Germ. *bær* ursus, nobis alias *biörn* ursus, *birna* ursa.

Bersi, *bessi* ursus 86. ab Obsol. *ber*. *Med bersa leyfi* licentia ursi, i. e. sine possessoris venia, vi & rapto.

Bid, imperf. *beid*, maneo, exspecto, *alldrei man ec bida botir*, reparatio hujus damni

Brandr enfis, gladius, 182. ftrictius ipfa gladii lamina, *Hk.* III. 13. Pl. *brandar* perticæ, conti 194. poftes vel antæ 265.

Brim æftus maris 321. poët. ipfum mare, unde *brim dyr* fera maris, id eft, navis 73. accedit *brimi* flamma; æftus ignis, qvemadmodum Danis tam maris, qvam ignis æftus *brenning* vocatur.

Brotfall animi deliqvium, epilepfia 141. Sic *Droplaugar fona f.* ubi in cafu hic relato verfatur: *Sveinninn letz eigi Kunna at mala, oc let fallaz i brotfall*, i. e. Puer fefe loqvi non poffe] & animi deliqvium pati fimulavit. *Þorl. f. Helga: Brotfall fotti bann þa fo faft;* tunc eum epilepfia adeo graviter corripuit. Simili ratione Germani hunc morbum *binfallende fucht*, latini *morbum caducum* nominant.

Brædrúngr patrui vel avunculi filius & filia 39. nam de utroqve fexu dicitur, qvanqvam *brædrúnga* genere fœm. *Svarfdæla f.* cum aliis habeat.

Bruk marinus fucus, algæ contritæ in litore cumulus 25. Non aliud videtur, qvam Ger *broch* fragmen.

Bryt, imperf. *braut*, frango, *briota menn*, cervicem hominum immolandorum frangere. 94.

Bufifiar vicinorum amicitia & officia mutua 153. *fifiar* cognatio amicitia.' *Hafa mál.*

Bylldr fica fcalprum, cui affine poët. *bylldg* fagitta, telum, *bullda* fecuris. Pro cognomine venit. 322. Aliud *billdr* figura, *ognar billdr* afpectus terribilis.

Bægi-fotr pes retortus, cognomen 97.

D.

Dadi viri gentilis nomen 220, adeoqve ab exotico *David*, ut qvidam volunt, vix oriundum.

Dag-fetr diei naturalis exitus 368. Sic *fol-fetr*, occafus folis.

Dagverdr prandium 109. Dan. *davre* idem.

Dalr cavum, fuperficiei depreffio 338. 2) Vallis.

Dalr arcus, poët. *daltöng* manus. 176. Vid. pag. 411.

Deila dividere 41. litigare 52. *deila* lis 126. *deilld.* id. 55.

Dis acervus, tumulus, accedunt Celt. & Gall. *tas* acervus. *Difiadr* tumulo conditus 105.

Dom-bringr heliæum, circulus judicialis, locus fub dio lapidibus five alia ratione feptus, ubi judices confederunt 94. Cfr. *Egla* cap. 35.

Drángr fcopulus acutus, faxum turris inftar eminens 76.

Drápa carmen prolixius verfibus intercalaribus diftinctum 217. Ab eo diverfum erat *Flockr* carmen brevius, [verfus intercalares non habens], licet eodem metri genere compofitum.

Dravgr arbor arida 173. confr. p. 408. 2) *Draugr* dæmon vel umbra mortui, Norv.

 drau

drau idem, ob pallidum aridumqve aſpectum ſic dicta, ab AS. *drig*, *dryg* aridus.

Dvalinn nanus, *dvalins amrafialla böll* navis nani, i. e. poëſis, phraſi Eddica 377. Vid. *amar*.

Dymbil-dagar, *dimbil-dagar* ſeptima ſancta 389. Vide *Kriſtni ſ.* in vocabulario.

Dyngia ſedularium, culcita, alias dyna idem *Noregs kk. tal.*

Ungum leiddiz elldvelli oc innisitia
Varma dyngiu oc vöttu duns fulla.

i. e. juvenis faſtidivit foci calefactionem, & vitam ſedentariam, tepidam culcitram, & chirothecas plumis intextas. 2) *Dyngia* cubile vel Gynæceum 160. v. *Niala* 44.

Dala locus depreſſior, lacuna, aqvivergium. Celt *dale* aqvarium, Bullet. Occurrit in veteri precandi formula: *Þva ec mer i dögg oc dalu.* In pluvia & lacuna me lavo. Hinc *daluker* ſitula, aqvalis, 291. Aliud eſt *dala* antlia, qva aqva commode & facile educitur, *á dall* facilis, commodus; *dalu*, *drattr* tractus vel ductus antliæ, *dalu auſtr* exantlatio. *Þá var ecki dalu auſtr á baſſkipum, kolludu menn þá bitto auſtr eda ſtamp-auſtr.* i. e. Tunc in navibus majoribus hauſtus aqvæ per antliam non erat inſtitutus, ſed (qvi in uſu erat) urnarum ſive hydriarum hauſtum vocarunt. Translate, & in humili ſermone *dala* facundia, flumen orationis Grettis ſ. 20.

E.

Ega habere, it. ſtuprare. *Villdi-ega navdga Husfreyu banns*, i. e. uxorem ejus invitam ad ſtuprum rapere voluit 314. Eundem ſenſum hæc vox etiam. Svecice admittit. *Weſtg. L.* apud Ihre, *ak ſa tu atti modir tina.* i. e. Tecum matre tua inceſtum committere vidi.

Eckill regulus, pirata, *eckilsbraut* mare 177.

Ekrur f. plur. arva 127.

Elld-bus hypocauſtum, ubi igne accenſo veteres itinere ſive aliis laboribus fatigati ſe calefecerunt 383. Hodie *elldbús* culina.

Elldſætr, qvi igni lubenter aſſidet 270. de ignavis.

Endr olim, qvondam, pridem 173. 2) *endur* iterum.

Enni-tingl frontis ornatus, i. e. caſſides, galeæ 218. *tingl*, vide ſeorſim.

Eng f. pratum 152. Alias *vangr*, *vengi* idem, qvod vide.

Ermr manica 154. hodie *ermi* idem.

F.

Fádr pictus, delineatus 288. ſic *Gulli fádr* auratus, auro tinctus, *Ragn. ſ. Lodbr.* *fái* delineo, *Háva mál*: *Er fádi Fimul-þulr*, qvas (literas) pinxit magnus ſenex (Othinus).

Fadmr ſinus, gremium; Dan. *favn*; Hib. *feag* extenſorum brachiorum menſura. *Fallaz i fadma*, ſe mutuo complecti 359. dicitur de offenſis & injuriis viciſſim illatis, qvarum mulctæ cenſentur æqvales.

Far-dagar dies migrationis, tempus mutandi domicilii 160. Dan. *fardage* id.

Far-

Far madr mercator navigans, 181.

Favskr stipes putris & aridus, 355: *fuinn* putris..

Feikn f. vehementia, abundantia, nimietas, 163. *Helga kv. Hundingsbana feiknalid* ingens exercitus.

Felldr m. pellis, Ger. *fell*, id. *biarnarfelldr* pellis ursina. 2) *Felldr* toga, pallium. 91. *Röggvar felldr*, toga cum vellere subsutili.

Fella mittere, *fella blót-span*, inter sacrificandum deos consulere. 212. Sic *fella bæn*, rogare, supplicari. *Orkneyinga s.* *Þeir felldo bæn at bönum, at hann eigi &c.* rogarunt eum, ne &c.

Felmtr palpitatio, terror; *felmsfullr, felmtsfullr*, metu correptus, 17. 2) *Felmtr* adj. perterritus; *Gunnars. s.* *Þidranda b.* For *hann felmtr*, cum terrore ferebatur. *Fálma* palpare, palpitare, trepidare, *Alex. s.* alibi.

Festi, f. restis, ancorale 6.

Fetill funiculus, catenula, loramentum. *Grettis s.* 80. *Hk.* I. 23. *Sturl.* III. 16. ubi: *Hió i sundr buklara fetil er þar beek*, i. e. scuti convexi ibidem suspensi vinculum dissecuit. Specialiter apud poëtas *fetill* baltheus, vel cinculum qvo pendet, gladius, unde *fetastígr* calcator cinguli, i. e. ensis, gladius. 175.

Fiöl f. planities, it. planca, *Stiörn*: *Hann litadiz um, oc sá þar á fiölinni mörg leidi.* i. e. Circumspiciens in hac planitie multa sepulcra vidit. Hic, pl. *fialir* nomen loci, in Norvegia.

Fiall, *fell*, mons, collis 7. 2) *Fiall* & *fell* pellem olim notasse, ex derivatis colligi potest. Vide *bláfiälladr*. Huc spectat *fialla* contegere, involvere. *Ef ver fióllum i runum eda skálldskap*, i. e. si arcanis verbis vel poësi involuimus vel circumscribimus. *Edda* msc. pag. m. 91. dicitur hodie *fialla um* involvere, involucris munire.

Fifla ad stuprum illicere, pudicitiam attentare 192. *Sturl. s.* II. 32. *Þat ord lek á, at hann fifldi Helgo.* i. e. In ore vulgi erat, qvod ille Helgam ad stuprum pertraheret. *Thomas s. postula: Er fiflir frá oss konur varar.* i. e. Qvi a nobis uxores nostras pellicit, (abalienat). *Stiórn: At þar fifldiz frá böndum sinum.* i. e. Qvod illæ (uxores) a maritis suis (aversæ) ad alienos amores illicerentur. De viris adhibet *Rafns s. Sveinb. Hann fifldiz at þeirri konu.* i. e. Ejus mulieris amore irretitus est. Hinc *fifling* stupri persvasio & consensus, *Floamanna s.* Certe a *fift*, *fibl*, homo insanus, fatuus, de qvo mox. Non raro tamen *fifla* confunditur cum diverso verbo *fipla*, contrectare, tangere. 2) Libidinose tangere, qvod & latinis *attrectare* dicitur. Priorem hujus verbi significatum, (nam posterior est notissimus) habet proverbium: *Fiplar bönd a feigu tafli.* i. e. Attrectat manus (ludentis) scrupulos perdendos. i. e. Qvando imperitus & hæsitans lusor nunc ad hos tunc ad illos scrupulos manum tendit, (qvos moveat nesciens), signum & omen est illum victoria non esse potiturum. *Grettis s.* in append. *sögdo benni þat eigi mundi lyti, þo at kall befdi fiplat á benni voveifliga.* Dixerunt ei non esse vitio dandum, qvod senex casu & fortuitò eam (femur ejus) contrectasset. Cum

noſtro *fipla* confer Celt. *fibla* & *fipla* pulſare ferire, nec non ipſum lat. *palpare*.

Fifiſkr fatuus, ſtultus, loco cognominis 310. *Fifl.*, n. homo inſanus & fatuus, cui qvodvis facile perſvadetur, *Fifli ſkal á forrædi viſa*, i. e. Perniciofum negotium ſtulto homini faceſcas. prov. Forſan à Ger. *foppen* ludere, ludificare, vexare; Isl. *fipa* turbare.

Fin-gálkn feræ ſpecies apud Finnos 374. Qvare recte Dn. Finnæus ſcribendum putat *finn-gálkn* fera Finnorum, nam *gálkn* animalis nomen eſſe ex Edda colligi poteſt; ubi canis *gálkn beina* oſſa deſtruens animal vocatur.

Fiórdungs-þing conventus ſive forum qvadrantis Islandiæ 94, Cujus tractus incolæ *fiórdungs menn* dicti ſunt.

Fiölkunnigr, *fiölkunnr*, multiſcius, fere in malum partem, magiæ peritus 32. *Fiolkunnir menn* magi. *Páls ſ. Poſtula*. *Fiölkyngi* multiſcientia, magia. 75. *Kunnigr*, *Kunnigr*, ſciens, gnarus, it magiæ peritus, *Kyngi* f. magia.

Fiölnir Othini nomen, à multa ſcientia atque experientia ipſi datum. *Fiölnisþing* conventus Othini, bellum 176.

Fiör vita, tam in proſa qvam in carmine 266. AS *fiorh* vita, anima, forſan oriundum à Gr. *βίος* r & s pro more alternatibus. Metonymicè *fiör* vigor, alacris animus, cognationem ſimulat cum Ger. *feur*, Dan. *fyr*, eundem ſenſum qvandoqve admittentibus.

Fit f. ora, littus planum, 174. 2) palma ſive membranula in pedibus avium, 3) limbus veſtis. Convenit Gr. *πέζα* ripa, littus, ora. 2) planta pedis. 3) limbus veſtis.

Flat-völlr planities, 174. conf. p. 408.

Fleckottr variegatus, maculoſus, 375. 2) impurus, ſenſu morali; *ſem fleckottir ero i ſinni framferd.* Qvi pravis moribus ſunt. *Laurentius biſkups. ſ.*

Flugu-madr, qvi ad inſidiandum alteri ablegatur 197. *Fluga* inopina ſicarii invaſio. Non diſſimili ratione Gallis *Mouche* dicitur homo callidus & vafer, qvi aliqvid exploratum emiſſus, ſicut muſca, hic illic ex inſperato adeſt & irrepit. cfr. Synt. Bapt. in Gloſſ.

Fólk-narungr dux, 173. q. d. militum ſuſtentator; à *folk* exercitus, acies, & *næra* alere, ſuſtentare. Sic *elld-nárungr* ignem nutriens, culinarius, per contemtum de homine ignavo dicitur. *Sturl. ſ.* V. 35.

Forkr contus; harpago, fuſtis 163. lat. *furca*.

Forlög n. pl. fata 13. *leita forlaga ſinna*, fata ſeqvi 187. *leggia* ponere, ſtatuere; it prædeſtinare, vitam & fata præſtituere, de Parcis.

Forrád præfectura, oeconomia 108. *forráda madr* oeconomus, 39. 2) *forrád* vehementia, nimietas, *forráds vedr*, vehemens procella, *Biarnar ſ. Hytdd. kappa*. *Ecki forráds bá*, non adeo procera, *Ol. ſ. Trygva*.

Fors furor, animi æſtus & præcipitantia, Gall. *force* vis, violentia. 2) fors cataracta, fluminis præceps lápſus, catadupa, 323. Ab adj.

adj. *forr* ferox, furens, præcipitans, Norvegis hodie *forr* idem. lat. *ferus*. *Thomas s. forr-oc fram hvass* protervus & peracer. *Of forr eda sliófr*, nimis acer vel nimis segnis, ibid.

Forsæla umbra, ubi locus eminentior luminis solaris accessum prohibet 190. A partic. neg. *for*, & *sæla* apricitas- *Eyrbyggia*.

Fönn f. cumulus nivis, 163. Norv. hodie *foin* idem. An à Celt. *fionn* candidus, lucidus? Malim *fönn* accedere nostro *fans* cumulus, strues, copia; specialiter impedimenta in unum congesta. Angl. *fence*, vallus, sepes.

Föxottr discolorem habens jubam; de eqvo, 214. *Fax* juba eqvi, AS *feax* coma.

Freg, imperf. *frag*, & *frá*, audio, inaudio, 20. 240. Ger. *fregen* interrogare. Inde *frett*, qvod qvis inaudit, nova relatio, nuntium, it. responsum oraculi, 13.

Frida pacem facere, conciliare, *frida fyrir öndudum*. i. e. Deum mortuis (purgatorii) placare, ɔ: precibus & eleemosynis.

Frodleikr scientia, it magia, 83. Qvemadmodum voce *Mathesis* auctores recentiores astrologiam, scientiam magiæ vicinam, intelligunt. Vid. *Fiölkingi*, *Vit*.

Full plenitudo, poculum vini plenum, diis vel heroibus sacrum, 377. Ubi *poculum poeticum*, versum sive carmen significat. Vide *Dvalinn*.

Fulltingi & *fulltingr*, auxilium 141. *fulltingia* auxiliari, q. d. plenè & qvantum satis est juvare; à *fullr* plenus, & Obsol. *tinga* (pro *tia*) exhibere, opem ferre. Similis ratio est Germanici *voll-leisten* & nostri *veita med fullu* plene juvare *Sturl. s.* I. 20. Accedit *Sv. tyga*, testimonium perhibere, *fulltyga* plene testari, convincere. *Tiá*, *tióa* exhibere, præstare, juvare, communis radix est.

Tur-vidr vir, miles, 176. q. d. arbor hastæ. *Fura* abies, it. hasta ex abiete confecta. Sic *fur-sendir* mittens hastam, similis poëtica militis appellatio. *Knytl. s.* cap. 38.

Fyll, f. terra, 361. evphonicè & metricausa pro *folld* f. terra; vel ex sententia Dn. FINNÆI; *Fyll* idem est qvod *Odins fulla*, dea sive uxor Othini, i. e. terra, phrasi poetica; vid. pag. 416. Denique posset *fyll* dici pro *fylli* satietas, esca, (ferarum) nec enim hoc locus citatus plane respuit.

Fylskni latibulum, 241. *Fel* tego, *felz* & *felsc* lateo, Sic Hk. M. 14.

Vill eigi flock orn fylla,
Falsc riddarinn valski.

i. e. copiis nostris associari nolens, abdidit se eqves Gallus, (imminentem jam pugnam subterfugit.)

Fysa instigare, hortari, imperf. *fysir* lubet, juvat 103. Hinc *fysi*, *fyst*, f, desiderium, cupiditas, 224. A *Fysa* distingve *fisa* flare, efflare, it. pedere. Gr. φυσάω. Grettis. f. 58. *fisandi rann hann Gisli* i. e. Gillius pedens cucurrit. *Fisa* f. flatus, *fisubelgr* follis. Gr. φυσα idem.

Fæ, imperf. *feck* acqviro, adipiscor. *Feck at blóti*, sacrificium apparavit, sacrificavit. 7. 157.

Fæs, *fæz*, passivum proxime præcedentis 163, ubi *fæs mer at sliko*, pro *fæz*

 mer

mer om slikt, multa de hac re dicenda habeo, mirum & notatu dignum hoc mihi videtur. Vel, qvæ est probabilis sententia Dn. Finnæi: hic *fæs*, impei squale terret, terrorem incutit, affine Svecico *fasa* vereri horrere: *jag fasar therfore* ream hanc horreo, Ihre. Hinc Svecis *faselig* Bornholmensibus *fæselig* terribilis, horrendus.

Fæla terrere, *fælaz* terreri 299. *Fæla*, f. terror. Dan. *fæl* fædus, Angl. *fell* atrox, truculentus, nescio an huc pertineant.

Færi iter via, it. occasio facultas 121.

G.

Gálgi patibulum, *Gálga-valldr* patibulorum dominus i. e. Othinus 361.

Gandr lupus. Hic cognomen, 59. Sed sicut *vargr* lupus, de exule sumitur, ita qvoqve hoc *Gandr* simili sensu usurpat *Hk.* III. 24. ubi Hildis, Hrolfi Peditis mater, Haraldo Pulcricomo supplex loqvitur, cum hunc filium ejus exilio mulctaverat:

Hafnit Nefio nafna
Nu rekit gand or landi.

i. e. Nunc a te abalienas cognominem Nasonis (Hrolfum Nasonem intelligit) & exulem de regno ejicis. Qvia vero sagas & veneficas lupis vehi vetustas credidit, 2) *Gandr* & *Gand* vehiculum notat magicum, qvo aëra pervolant magi. *Fóstbb.* s. verba veneficæ referens; *Vida befir ec rent göndum i nótt*, i. e. longè lateqve hac nocte lupos egi, i. e. multa loca magicâ arte perlustravi. Hinc *gand-reid*, & *gan-för*, vectura magica. 3) *Gan* & *Gand*, qvodvis veneficium; habet vetus cantilena Færoica: *Thrander vil giore mig gand*, i. e. Thrandus me fascinabit. Sic *Gan-fluga*, *Gand-fluga*, musca magica, qvam auri admotam res occultas aperire, & periculum, si qvod imminet, præmonstrare credulum vulgus nugatur. *Gand* vecturam magicam unacum ipso vocabulo Gothi à Finnis didicisse putantur.

Garpr vir fortis 181. Per metathesin *Greppr* idem.

Gavkr cuculus, *bræva gavkr*, corvus 173. Ger. *Gauch* cuculus, it. homo stultus, morio; nobis *gickr*. Dan. *giek* idem.

Gavtr Othini nomen, *Gavt-brögd* artes vel technæ Othini, ɔ: prælium 173.

Geil, f. trames sive vicus angustus & utrinqve septus, 365. cui affine *Gil* n. montis fauces, chasma profundius.

Gilfi, *Gylfi*, piratæ nomen, *Gilfa blad*, stratum Gilfii, i. e. mare 175.

Giöra facere, *giöra vid* mederi, occurrere 186. *Giöra um*, circum sepire, 77. *Giördi af bonum*, illum mulctavit, vel mulctæ titulo illi abstulit 124. *Giördi hann nordan*, E terra boreali austrum versus eum dimisit 221.

Giörr factus, it. missus, dimissus, *expulsus* 100. ubi *giörr ur Havka dal*, i. e. de Hökadalia expulsus.

Giorvi-búr veterarium, promptuarium 138. i. e. domus ubi omnis generis res, utensilia & apparatus asservantur, alias *fata búr*, ut puto, idem. *Brodd Helga.* f. *Var avstmönnum fengit gervi-bur, at geyma i varning sinn*, i. e. Novegis advenis armamentarium datum est, ubi merces suas conservarent. *Giorvi*, *Gervi-f.* apparatus, habitus.

Gladr

Gladr, subst. eqvus, poët. *gilfa gladr* navis 175.

Glap vig cædes per errorem vel præcipitantiam illata, 195. *Glöp* pl. inconsiderantia, dementia, *Elli glöp* deliqvia senum. *Glópr* homo incogitans, & temerarius.

Gletta f. lusus, ludibrium, 287. *glettinn*, ludificiens, leviter imponens.

Glot-kyllir culeus aqva repletus 238. Conf. pag. 414.

Gnúpr, *núpr*, rupes eminens 323. Alias *gnypa*, *nypa* idem. Affine est *næfr*, *gnæfr*, procerus, celsus.

God-ga illusio sive blasphemia deorum, 350. *Goð* numen, *gó* latratus, it. ludibrium, *geya* latrare it. irridere. *Hafa-mál*: *Gest þu ne geya*, i. e. Advenam ludibrio ne habeas.

Goe-beitill eqvisetum vernum, 257. Alias *gröndar-ber*, Vid. Lachanol. E. O. *Goe*, hodie *Goa*, nomen mensis, qvi in posteriorem Februarii & priorem Martii partem incidit. Mythologiæ nostræ nomen habere ferunt à *goe* Cajaniæ regis filia; sed ego sic dici malim, qvod frigus & asperitas hiemis hoc primum tempore nonnihil remittat & mollescat; *Goe* mollitiam & voluptatem notasse indicio est *gölifi*, vel ut rectius scriberes, *golifi* vita mollis & voluptuaria *Stiórn*. *Góligr* & *goll* mollis, delicatus jucundus. *Hk.* VII. 187. & XI. 5. *Mirmanns f. Sva var bon golig yfirlits*, i. e. Adeo jucundo erat vultu.

Gradungr, *gridungr*, taurus, 285. *Gradr* adj. cupidus, libidinosus, non castratus. A subst. *Gródr*, *grádi*, m. *Grædgi* f. cupiditas, tam bono qvam malo sensu, *grid* f. vehemenens, cupiditas.

Gráf-silfr argentum fossile, 149. i. e. talis pecunia, qvam gentilis superstitio furtim terra condidit, alterius vitæ necessitatibus reservandam. Vid. *Noregs kk. tal. Eig. f.* alia.

Gressi fossorium, rutrum 146.

Greida explicare, expedire, solvere 343. Inde *Greidi* hospitalitas. Alias *beini* idem, vide *beina* exetendere explicare.

Greip f. contractio, curvitas, manus curva vel contracta, 399. pl. *greipur* ungves incurvæ, 178; & aliâ formâ *greipar*, fauces v. angustiæ terrarum, qvibus mare utrinque clauditur. 5. *greipr.* adj. curvus, aduncus. Hk. IX. 76. *gagn brann greipra þegna*; utensilia curvorum (i. e. tristium) hominum conflagrarunt. *Eig. f. Greipr skalto à veg vappa*; Curvus (vultum præ pudore demittens) per viam incedes.

Grid-bitr, fœdifragus, 176. *Sturll. f.* V. 31. *Skapadi höfut viti grid bitum*, pœnas capitales in pacis violatores constituit.

Griót-varp jactus lapidum, lapiditatio, 177.

Gunn, *Gunnur*, & *Gud*, *Gudur*, f. pugna 173. AS *guth* idem; *gunnar ræfr*, lorica 176. *Gunn-bord* scutum 399.

Gæska bonitas, 397. ubi sanctitas, sive relatio inter sanctos, specialiter intelligitur. Sicut *godr* bonus, eti m sanctum qvandoqve notare videtur. Cfr. *Hungr-vaka*.

H.

H.

Hedra

Hedra hic 153. Sic *þadra* ibi, illic. *Hk.* VII. 92. *Sadr var engi fyrir þadra*, nulla illic æqvitas locum habuit.

Hegnudr ultor 199. ubi sceptrum veneficæ sic appellatur.

Heid, *heidi*, *heidr*, f. montana, tesqva, 298. 2) *Heid* f. serenitas, sudum; *heidr* adj. Ger. *heit*, serenus, sudus, clarus. Inde *heidar folld*, coelum poet. 104.

Heill, n. Omen, signum futuri eventus, 13. Ubi *leitadi ser heilla um forlög sin*, i. e. Fatorum suorum prognosin qvæsivit. Sic *Alex.* s. *Hann kallar þetta giptusamligt heill, oc gott sigur mark*, i. e. Hoc esse felix omen judicat, & bonum futuræ victoriæ signum. *Norna Gests.* s. *Mörg ero god, ef gumar vita, heill at sverda svipan*, i. e. Multa sunt, modo homines illa cognoscerent, fausta prælii omina, i. e. qvæ faustum prælii eventum portendunt. *Svarfdd.* s. *Gódu heilli* auspicatò, *Hk.* VII. 118. *Fortu illu heilli heiman*, inauspicato (malo omine) domo profectus es.

Heiman domô: *Henni fylgdi heiman*, illam domo seqvebatur, i. e. Pro dote illi datum est. 28. Hinc *heimanfylgia*, dos. *Giöro heiman* dotare (filiam).

Heimdalls-hior, ensis Heimdalli, vel Heimdallo nocens, i. e. poëticè caput. 266. Nam Heimdallus capite cæsus est.

Hekla, f. tunica brevior humeros tegens; utriusqve sexus vestimentum, 376. Cognatum est *hökull* thorax, *hokul-brækur* femoralia thoraci affixa. *Svarfdd.* s. Hodie *hökull* ependytis sacerdotalis; Dan. Sv. *Mæsse-hage* idem. ASax. *hæcile* & *hæcla* paludamentum, pallium; *preost-hæcil* pallium sacrum.

Heliarskinn cognomen, 122. à cute livida ductum. *Hel* mors, it. Hecate septentrionalis, qvæ dextrorsum livida, sinistrorsum pallida fingebatur. *Hel-blár* carnis morticinæ instar lividus.

Helstrid n. luctus ob mortuum, 152. Hodie *helstrid* agon mortis.

Hengi i. q. *hángi* cadaver suspensum, hic in genere qvodvis cadaver 177. Ubi *hengi húngr* appetitus vel fames cadaveris. Aliam explicationem vide pag. 412.

Hialldr pugna 84.

Hiálmr & *hiálmun* gubernaculum, clavus 254. Angl. *helm* idem, *helms-man* gubernator; strictius Gallis *heaume* tigillum vel ansa qvo Gubernaculum regitur. Hinc *Hialmun völr* ansa gubernaculi, ibid. cfr. *Hk.* VI. *Ol. s. Tr.* impr. I. cap. 177. & 185. Spec. Reg. pag. 479. *Gud hefir þann hiálmun-völ i hendi, er hann hneigir oc vikr med hiörtum storra höfdinga:* Deus manu tenet gubernaculum, qvo magnorum principum corda flectit & commovet. Belg. *helm-stock* ansa gubernaculi, summa clavi pars. Kilianus.

Hilldingr rex, poët. *hilldinga miödr* sangvis regum, 173. q. d. mulsum vel potus (feræ) de cæsis regibus.

Hilr, vel rectius *hylr*, vorago, gurges, locus aqvæ profundioris in fluviis. 58. Dan. *hyl*, idem. Ab *holr* cavus.

Hlacka garrire, clangere, 173. propriè dicitur de aqvila; alias *klacka*, & *klaka*, idem, Ger. *glucken* glocitare, 2) *Hlacka* præ gaudio ridere, qvomodo convenit Ger. *lacken*; à priori non puto diversum, aqvilæ enim vocem risus *ha ha* qvandoque imitatur.

Hlad stratum, pavimentum. 2) *blad* bullarum ex auro sive argento series in veste; pl. *blöd* aureæ bullæ vel ornamenta vestis, *Hk.* XIV. 13. *Silki-hufa blödum búin*, pileus holosericus aureis bullis ornatus. *Hlada* deponere, disponere, sternere.

Hlid, *lid* navis, poët. 178. AS *lith* idem.

Hlin, *lin*, deæ nomen; *Ölbekis blin*, fæmina, 288.

Hnekkia recedere, 162. 2) Activè, repellere.

Hniófkr arbor arida & vetustate decidua, 255. à *bniófa* nutare, inclinare. Interdum per prosthesin *fniófkr* lignum aridum, fomes, *Hk.* XIV. 11. Dan. *fnöfk* idem.

Hnöckottr, adj. ephippii figurâ pictus, maculâ ephippium referente super dorso notatus. 164. coloris nomen etiamnum in Islandia de eqvis dictum, *Hnackr* sella eqvestris.

Hnyd, imperf. *bnavd*, retundo, 242.

Hólkin-rassi, nates pulposas sive tumidas habens, 86. ab *höll* tumor, *rass* & *ars* podex, culus. Ger. *arsch*, idem.

Hóp, *óp*, recessus maris, stagnum vel lacus mari junctus, 183. 2) *bóp* confugium, refugium, ab *opa*, *bopa*, recedere. Forte hinc Dan. *haab* spes &c,

Hömlu-beidr mare, 77. *bamla* scalmus, synecdochicè navis, *bömlu band* stropha qva remus scalmo aligatur.

Hörgr, m. lararium, delubrum, 110. *Kristinr.* Sverris. *Ef madr b!edr hús*, oc *kallar hörg.* i. e. si qvis domum, exstruit, & lararium vocat, (i. e. diis consecrat). 2) *hörgr* lar, idolum, simulacrum, *Fridþiofs f. Hun raud hörgin* unxit idolum.

Hrot, *rót*, radix, 161. ubi *biarta brót*, præcordium. Hodie *biarta rætur*, præcordia vocamus. Plura similis prosthesеos exempla sunt.

Hrútr, *rútr*, aries, 188. Camb. *hwrdd* idem. Inde *haf-hrútr* navigium deforme, ex contemtu sic dictum. *Sverris. f.*

Hræ, n. cadaver, 173. Ger. *rabe*, idem. 2) *bræ* fragmentum, rudus, 168. sensu minus freqventi. Affine est *hrof* rudus, casa, *brör* res lacera, rudus.

Hún m. catulus ursi, 190. vel à lat. hinnulus; vel, Celt. *on*, *oan*, agnus, agnellus. Stiörn. *Sem eira engu vætta belldr en birnan er hon er rænt sinum húnum.* i. e. Qvi cujusqvam rei rationem non magis h bet, qvam ursa, catulis spoliata. Aliud est. 2) *hun* apex, it. summitas mali, Celt. *hen* caput, summum; Gall. *hune* corbita mali.

Hvammr

Hvammr vallicula, locus depressior inter duos colliculos, Gall. *Combe*, vallis, convallis. Celt. *cwm* idem.

Hvarf n. colliculus, vel clivus, qvo res ab altera parte positæ occultantur. 4.

Hverfi n. territorium, 105. propriè tractus terræ depressior, collibus undiqve occlusus.

Hvitramanna land, hominum alborum terra, 133. Non Albion, sive Anglia, qvod cuiqvam in mentem forsan venerit. Veteres aliqvam Americæ septentrionalis insulam vel regionem intellexisse, ex loco citato manifestum est; ubi hæc terra Vinlandiæ vicina esse, & occasum versus ab Hibernia sex dierum navigatione distare dicitur. Idem amplius ostendit *Eiriks s. Rauda*, sermonem faciens de captis Scrælingis, sive pumilis Americanis, qvi de patria sua Grönlandis navigatoribus qvædam retulerunt; *Þeir sögdo land þar odrumegin, gagnvart sino landi, oc gengo menn þar i hvitum kladum, oc æptu hátt, báro stangir oc foro med flibur; þat ætla menn hvitra manna land* i. e. Illi aliorsum terram esse dixere, patriæ suæ ex adverso sitam, cujus homines albati incederent, & voce stentorea clamarent, vectes & flabra gerentes. Hæc esse Alborum hominum terra vulgo creditur.

Hyr, *hir*, ignis, poët. 176. ubi *Gunnar vefs hir*, ignis loricæ, sive loricam consumens, i. e. ensis, *Gunnar vefs hyr-brigdi*, dimicatio, gladiorum vibratio, pugna. Sic *billdar byr* ignis vel fulgur pugnæ; i. e. gladius, *billdar hyr-senna* pugna, 84. *Hropts-hir* ignis Othini; i. e. gladius; *hropts-hyr-skerdir* gladii læsor, miles, ibidem.

Hæf, *hæfi*, jus, æqvum, talio 84. ubi: *eggiumz hæfs*, ad reddendam justam talionem instigor.

Hœkingr, vel ut alii scribunt, *hökingr*, ensis, 177.

Hœngr, *hengr*, spira, sinus serpentis, vel draconis volantis, qvam cum mediam dissecaret Ketillus, nobilis Norvegus, inde *Ketill hœngr* dictus est. *Grims s. Lodinkinna*.

I.

Jafni herbæ species, qvâ color flavus lanæ inducitur, 223. Gudmundus Andr. Osiridem sylvestrem vertit.

Jálkr eqvus senex, *Eckills jálkr* navis 176.

Jálmr strepitus, 174. *Jálma* strepere. Observante amicissimo Dn. G. Magnæo, habet *Ol. s. Tr.* Membr. *Jálmar blummr vid hilmis hendur*, i. e. Strepit remus inter manus regis (tunc remigantis). Eodem verbo usus etiam est poëta patriæ celeberrimus Hallgrimus Petri f. in carmine seculari: *Valjardir jálma vid uppdregna álma*, i. e. Manus (militum) strepitum excitant, cum arcus tenduntur.

Jardar-men cespes virens, 343. Dan. *jord-mon* idem, *ganga undir jardar-men*, cespitem subire 196. Genus juramenti religiosi, deqvo

K.

Knái,

Knái, imperf. *Knáda*, possum 73. Per prosthesin idem est qvod *nái*, *na*, asseqvor, possum, cujus paradigma illud seqvitur. Angl. *know* posse.

Knappi puer, adolescens; hic cognomen 64. Habet *Hk*. VII. 36. Alias fere scribitur *Knapi*, Ger. *Knabe* & *Knapp*, idem.

Kneif, vel ut hodie scribitur *hneif* f. genus hami piscatorii, 23. ubi cognomen. Originem voci dedisse videtur vetus verbum *kneifa* & *hneifa* arctè tenere sive prehendere, affine Dan. *Knibe*, Belg. *Knipen* arctare, coarctare, prehendere; unde porro Dan. *Kneb*, Belg. *Kip*, talitrum; *knipe* decipula, qva prehenditur & & arcte tenetur avis vel fera.

Knoda, hodie *hnoda*, farinam subigere, depsere, 15. Ger. *kneten*, idem.

Knörr navis longa, pristis 39. 390. AS. *enear* idem. Forsan r & s pro more permutatis, oriundum est à Græco *ναῦς*, qvod navem longam militarem primitus significavit.

Kofi tugurium, casa, 33. Lingvis pluribus commune, etiam Gothicæ non cognatis.

Kostr expensa, sumtus; specialiter vitæ sustentatio, 138. Diversum est à seqventi.

Kostr optio, conditio, 2) Bona qvalitas, qvodvis cujusvis rei decus, tam morali qvam physico sensu. Inde *Landz-Kostir*, dotes terræ naturales, sive bona in usum vertenda; strictius de feracitate sumitur 321.

Kögur n. fimbria, cirrus. Hic cognomen 157.

Kubl cucullus, capitis tegumentum togæ affixum, 247.

Kuggi linter, 213. Dan. *kog*, Sv. *kogg*, Belg. *kogghe*, Gall. *coche*, idem.

Kunnásta notitia, scientia, 2) scientia vel ars magica 193.

Kvisl, f. ramus, ramale, 2) rivus, brachium fluminis. *Kallda Kvisl*, rivus aquæ frigidæ, nomen loci, 367. 3) *Kvisl*, *att. kvisl*, stirps, linea genealogica.

Kvöd, gen. *kvadar*, vocatio; sensu legali, adhibitio testium 83. ubi *tylftar kvöd*, conqvisitio dodecadis, vel duodecim testium, qvos conqvirere, seqve eorum testimoniis munire reus debuit.

Kyllir uter, 238. Alias *kyll*, AS. *cill*, culeus, *Hk*. XL. 8. 2) *Kyll*, gurges, vorago, *Egils. f.* Inde *Kyla* ingurgitare, deglutire

L.

Lada ducere, vocare, invitare 96. *Sa ladi sem radin á*, i. e. Par est ut hospitio excipiat qvi præest, (herus). *Biarnar f. Hisdala kappa*. *Löd* f. invitatio, vocatio, *Kvadz myndi hlita löd bónda*, i. e. Se patris familias invitationem recepturum. (oblato hospitio usurum). esse ferebat. 2) *löd* instrumentum fabrile, qvo fila metallica ducuntur.

Land-nám terræ occupatio, & tractus terræ occupatus. *Land-náms-madr*, terræ occupa-

tor

Lundr sylva. 266. ubi: *a ec veg til lundar*, ad sylvam mihi eundum est, qvibus verbis poëta exul & ad sylvas damnatus, suum statum respexit. Celt. *Ilwyn* arbustum, sylva, it. arbor, *lignum*; qvod Bullet origine Celticum esse conjicit.

Lutr, m. pars, sors 358. It. talus, cubus, qvo sortes ducuntur 187. Dn. Finnæus imaginem Talismanicam intellexit.

M.

Mansöngr carmen amatorium, 197. *Jóns s. Helga*: *Rækilig kvædi oc mansöngs visur*, Turpes cantilenæ & carmina amatoria. *Man*, n. 1) Servus, serva, Gr. μάνης idem. Hk. VI. 41. *Runnu þar upp oc herivdo, ráko til skipa man margt oc bu*, i. e. Ibi exscensione facta prædati sunt, multaqve servitia & pecora ad naves depulerunt. Vid. *Ol. s. Tr.* append. pag. 43. Hinc *mans-menn* mancipia. 2) *man* puella, amica, concubina, qvales olim non raro servæ. *Hava-mal*: *I myrkri vid man spialla*. In tenebris cum puella colloqvi.

Mar, m. eqvus, poët. *rönga mar*, navis, 83. Vocem *mar* exteris etiam in usu fuisse colligi potest à Ger. *mar-stall* eqvile; *marschalk* eqvisio.

Mar, m. mare, poët. sed olim in soluto sermone etiam usitatum, sicut Camb. *mor*, Ger. *mer*, cetera.

Marmennill homo marinus, Triton. Hodie mendose, ut videtur, *marbendill* idem *Mennill*, Ger. *mannlein* homuncio, pumilus, dimin. à *madr*, *mannr*, homo; hodie absoletum.

Med cum, *med siá* juxta mare, 373. *var hon med barni*, uterum ferebat, 286. Sic *Gudm. s. biscups*: *For hon þá med svein þann*, Tunc eum puerum utero ferebat.

Med contra, adversus, 175. Ubi: *varka ek fyr med fleiri*, i. e. Nunqvam antea cum pluribus congressus sum. Sic *Stiórn*: *átti strid med frændur sina*, cum cognatis suis discordias habuit. Præpositiones *med* & *vid*, qvoties cum, una cum, significant, ablativum regunt, sed accusativum, si erga, contra, adversus, notant.

Meidr lignum, *Páls biscups s. At hann stædi med ser á önverdan meid*, i. e. Ut secum commune periculum subiret; cfr. *Háfamil*. *Handmens meidar* viri 178.

Mein-vættr, genius malus, & noxius, 337. Contra *biarg-vættr*, genius bonus & opem ferens.

Melr, m. *möl*, f. sabulo, arena crassior, 67. 2) *melr* calamus, avena.

Men, n genus ornamenti; *hand men* manus ornamentum 178. i. e. aurum, fuit vero *men* aurea bulla sive lunula de collo suspensa. ASax. *mene* lunula, apud Somn. Gr. μάνος & μάννος ornamentum collare. Vid. *Hk.* I. 22. & *Hólmveria s.* cap. 6. qvi locus ostendit hoc ornamentum qvandoqve ex vitro vel alia fragili materia fuisse, eoqve errare illos

los docet, qvi torqvem vel monile, intelligunt. *Men* cum cognatis sic dici videtur à *máni*, luna, μήνη, quodmodo simile. ornamentum Lat. *lunula* & Græcè μηνίσκος dicuntur. A *men* qvidam derivant *meniar* f. plur. monumenta, indicia, signa, sed *Stiörn* cum aliis rectius scribit *minniar* à *minna* monere; sicut Gr. μήνυμα signum, indicium à μηνύω indico, significo; qvo & pertinet Celtico-Gallicum *mank* nota, signum, Bullet.

Men, n. cespes latus & tenuis, (alias *torfa* idem) *jardar-men* cespes de terra excisus, q. d. lamina terrestris 313. Cum superiori, ut aliqvatenus formâ, ita qvoqve nomine convenit; qvanqvam commodè etiam reduci possit vel ad *mün*, *mena*, limbus angustus & oblongus, vel ad Celt. *min* frustum, particula, qvod non opus habemus.

Mer, *meri*, f. eqva, 67. AS. Al. Ger. Dan. *mær* idem, à masc. *mar* eqvus.

Merkis madr vir insignis, 398. Aliud *merkis-madr* vexillarius.

Mioll, f. nix recens, hic n. fœmina, 185.

Mundr dos, munus nuptiale, 258.

Munklifi cœnobium, 396. q. d. vita monastica. Interdum simpliciter *lif*, *Þorl. s. Helga*: *Lif þat er Þorlákr hafdi stiórnan yfir. i. e.* Monasterium cui Thorlacus præfuit.

Mynþak farina butyro mixta, 15. vox Hibernica, qvam vero apud Lexicographos Celticos frustra qvæsivi, ob mutatam, quod puto, orthographiam. Forsan pro *mynþak* scribendum est *mydak* mixturæ vel migmatis sensu, à *mwydo* temperare macerare, humectare, liqvorem vel succum admiscere.

Mala loqvi, *mala eptir*, cum accus. Occisi caussam orare, cædem alicujus jure persequi, 337. *eptir-mál* actio cædis. Aliud *mala eptir*, cum dat. adulari, blandiri, *eptir mæli* blanditiæ, *Stiörn*, alibi.

N.

Naddr spiculum 399. vid. pag. 400.

Nátt-ból noctis hospitium, locus pernoctandi, 368.

Naust n. tectum navale, statio navium, ubi sub tecto naves sunt, 119. Norvegis hodie *nöst* idem. Forsan contractum à lat. *naustibulum*.

Navt bos, *navta-brunnar*, aperturæ glaciei, bobus eqvandis factæ 386.

Nikr eqvus aqvatilis, hippopotamus, in majoribus stagnis habitare creditur; cujus, licet nomine suppresso, descriptionem habes pag. 88. Dan. *Nikken*, Sv. *necken*, Belg. *necker*, dæmon marinus & aqvaticus; Lat. barb. *nocca*. Etymologi sic dici putant quod naves & natantes homines aqvis submergat; à lat. barb. *negare*, *necare*, i. e. suffocare. Verum qvia veteres hoc monstrum eqvi speciem habere crediderunt, qvæ illorum opinio apud plebem Islandicum hodienum viget, & autopsia, ut ferunt, subinde confirmatur, prope certum est *nikr*

nikr non aliud esse, qvam vetus Ger. *nack* eqvus, A. *nag*, Lat. barb. *naccus* idem. Aliud est *nykr* malus vapor sive odor. *Jóns s. Helga*: *þvi fylgdi nykr oc fyla.* Illud (spectrum) vaporem ingratum & foetorem reliqvit. Scribitur etiam *fnykr* vel *fnikr Hk.* III. 25. Angl. *fonk* gravis & ingratus *vapor*.

Niördr deorum gentilium unus; apud poëtas de viro ut alia deorum nomina cum justa determinatione sumitur. *Niordr Naddregns*, O vir, o miles, in vocantis casu, 399. Ubi secundum Sturlæum LV. 28. Exempl. Msc. *niördr* pro *nordr* legendum est.

Nióſn speculatio, exploratio, 71. Dan. *nys*, primaria notione incurvatio sui ad videndum, a verbo *nys*, infin. *niosa*, nuto, it. sternuto. Dan. *nyse* nutare. cernuare, sternutare, it. explorare; *knysinn* cernuus, scrutabundus.

Nockvi linter, cymba, 68. Ger. *nache*, Belg. *naecke*, Gall. *nacelle* idem. Wachter verbo tenus eqvum fluviatilem intelligit, sensu à *nack* eqvus ad cymbam translato; sicut in Gr. κέλης utraque notio convenit. Me judice Ital. Hispan. Hibern. *nave*, & veterum Francorum *nau*, navigium, a Germanis & Gothis *naebe* *nöckvi* durius pronunciatur.

O.

Oflâti, m. homo magnificè se gerens, vestes, verba & gestus ad elegantiam componens, 319. *láta vel yfir ser*, rebus suis ad ostentationem uti, de sorte sua gloriari, felicem se ostendere, confer. Gl. Cogn. spir, in voce *yfirlæti*.

Ofreſkir menn homines genios & spectra, ubicunque hæc Oberrant, videntes, 237. 317. qvo ultimo loco nominatur *ufresk kona*, mulier ejusmodi lynceo visu gaudens. Convenit certe, in ore & imaginatione vulgi non infreqvens, *ofreskia* apparitio terribilis, monstrum.

Offi insolentia, æstus animi, 302. Propria & primaria notione, nimietas, nimium; *Noregs kk. tal: Kom ur vikingo med offa fiar*, i. e. Ex piratica cum immensa pecunia demum rediit. Scribitur etiam *affi* idem.

Offtopi ardor & intemperies animi, 175.

Omálgr taciturnus, mutus, 325. *máligr*, *málgr* loqvax, garrulus, *Hk.* IX. 70.

Or vel *Orr* adj. juvenis, 26. compar. *örri* junior. Ab *ár* initium it. iniens ætas, juventus; i *ár-daga* in pueritia, vel juvenialibus annis. Vocem, observante Dn. Finnæo habet; *Nifiûnga s.* cap. 373. *Þu mant vera mikla bernskari at viti oc allri kurteisi, þo at eigi ser þu öri (örri) at vetra tali*, i. e. Sapientia & omni morum civilitate te minus provectum esse judico, qvamvis annorum numero non sis junior. *Skâllda*: *Spakt skylldi bit ellsta barn, þvi at bit ellra má öra þat öra (örra)*, i. e. Sedatus sit oportet puer natu maximus, nam proles major minorem natu facile conturbat. *Grágás*, *Vigsladi*: *Örri enn sextan vetra*, i. e. Sedecim annis minor, sedecim annos nondum natus. Denique veteres Dani, qvæ doctissimi etiam Finnæi observatio est, *yr*, *yre*, junior dixe-

dixerunt, vid. Lex. Jut. Lib. II. Cap. 17. & Sælland. lib. III. cap. 57. Lex. eccl. Sæll. cap. 9. Conf. Syntagma de Bapt. Gloss. in voce.

Orar phantasmata, delirio, 241. *Mariu s. Hon mællti margar órar*, Multa deliramenta proferebat. *Stiórn: Þegar tók af Konungi orarnar, sem David lek hörpu sina*, i. e. Mox Saulum Regem sua dementia reliqvit, cum David zithara sua luderet. Adde *Hk.* VII. Cap. 108. *Ragn. s. Lodbr.* alis.

Ordlof venia 158. Alias constanter scribitur *Orlof*, ut Germ. *Urlaub*, *Stiórn* membr. De Pharaone: *Vendi han oc aptr kastadi sinum Orskurdi oc Orlofi*, i. e. Mutavit & rejecit suam sententiam, & datam abeundi veniam. Ibid. *Gefit mer gott orlof, at eg fari heim aptr.* i. e. Bonam mihi date veniam ut domum redeam. Sed 2) *Ordlof* laus, præconium, (non *Ordlof*) *Sancte Antonius s.* optima membr. *Alls begomligt Orlof oc epsirmæli.* Omnis vana laus & adulatio. *Hk.* XIV. 28. *Fell hann þar med ordlofi miklu.* Ibi magna cum laude occubuit.

Oskorat absolute, sine limitatione vel conditione 393. Sic *Hk.* XVI. 26. *Urdo at festa alt oskorat à dóm hans*, i. e. Omnia sine ulla limitatione ejus arbitrio committere necesse habuere. *Skora* secare, it. determinare, definire, *Siurl. s.* VIII. 12. *Var ádr skorat, at hverium kostum hann villdi gánga*, i. e. Antea definivit, qvibus conditionibus acqviescere vellet.

Ossi adj. noster 377. Ger. *unser* idem. Alias *vor*, *or*, noster.

Öl-bæki vas vel poculum cerevisiæ 288. Ubi *bæki* idem videtur qvod Lat. *bauca* vas ventrosum.

Öl-karmr vas cerevisiæ. Sic *miödkarmr* poculum mulsi, *ölkarms fura* mulier 171.

Ondvegi & *Öndugi* n. sedes patrisfamilias 193. Vocis sensum latius extendit *Thomas s. Erkib. Ætlar nu herra pávin at venda heim i Rom til sins öndvegis*, i. e. Nunc dominus papa ad suam, sedem qvæ Romæ est, domum reverti parat. *Ondvegi* sic dicitur, qvod *Iw Önd*, i. e. vestibulo ex adverso esset. *Liós-vetninga s. Husfreya geck eptir golfi utar i öndina*, i. e. Materfamilias per solum versus porticum ambulavit. *Ondvegis sulur*, sedis herilis columnæ.

Öngr angustus, unde cognomentum *Öngr i briósti*, In pectore angustia sive ægritudo, 106. Hodie superest *öngur*, fæm. plur. angustiæ; *kvaz hafa or öngum akat*, se periculo vel angustiis elapsum esse dixit. *Biarnar s. Hyt. dæla kappa.*

Örlög fata, q. d. ultima statuta, 153. Sic *Alex. s. Andstreym orlog*, fata sinistra. 2) post *Orlög* bellum, etiamnum Danis usitatum, belli enim fortunam & exitum fatis superstitio tribuit. *Lög* decreta, statuta, *Or*, *Ör* ex, præpos. cujus hic eadem fere, qvæ in *orskurdr* sententia, decisio, vis & valor est.

Örn

Örn pl. n. negotia, 94. Ubi *gânga ör-na sinna*, sua negotia exseqvi, i. e. alvum dejicere, honesta phrasi. In singulari dixisse videntur *arn*, qvod tamen plura significat.

Örnefni locorum in pratis, pascuis vel desertis nomina, 24. q. d. denominata.

Örskots belgi, sanctitas loci jactu sagittæ determinati, 336. Cfr. Gloss. Synt. de Bapt. in voce.

Örvendr, *Örvöndr*, qvi sinistra pro dextra utitur; Lat. scæva & scævola; *Fost-brædra S. Var hann örvendr ëinardt sidan*, i. e. Ab eo tempore sinistra manu usus est. *Örvendr* vi vocis inassvetus sive male assvetus, à part. privat. *ör* & *vendr*, *vöndr* assvetus. Hic in cognomen abit. 149.

Öræfi, *Örbæfi*, vastitas, desertum, 331. q. d. locus inanis, sedibus & cultura hominum vacans; à part. priv. *Ör* & *bafa* habere.

P.

Past, *pastr*, n. nutrimentum, esca, cibus, *lá á pasti*, cibo sive prædæ incubuit, de urso, 271. Vocem etiam habet carmen *Lilia* stropha 90. *Gledinnar past*, nutrimentum gaudii. Hinc hodie *pastr litill* exili fruens victu, de teneris infantibus dicitur, cibum fastidientibus. *Past* idem est qvod lat. *pastus*, unde Galli qvoque habent suum *pat* cibus, esca, *pat d'oiseau*, esca accipitris. Aliud est celt. *paste*, Gall. *pâte* artocreas, sive panis carne fartus, Ger. *pastete* idem, qvippe qvæ à Lat. *pistus*, *pistor*, *pistura*.

Púsi sacculus, 186. Dan. hodie *pose*, Svec. *pusse* idem, inde dimin. *Pyslingr*, sacculus minor, sarcinula.

R.

Rádstafr & *rádstafi*, certum & fixum domicilium 192. q. d. vitæ rectè instituendæ fulcimentum. *Rád*, vitæ institutum, conditio.

Rakinn explicatus diductus, planus, æqvus, de mari, 399. Ubi secundum *Ilk*. IV. 28. lege & in ordinem sic redige: *Nú er þat er Haralldr rekr sunnan á rakna rymleid breidann flota*, i. e. Nunc ita res habet, qvod Haraldus ab austro (è Dania) magnam classem ducit per planum streporis iter, id est per mare, æqvor. Vel cum Doctissimo FINNÆO; (Vid. pag. 401). *Rakna*, Gen. plur. à *rökn*, *raukn*, vestigium vel theca mali nautici, qvod hic forsan synecdochicè pro ipsa navi ponitur. Sic *rakna rymleid* navium strepera via, i. e. mare, sensu eodem manente.

Ram-avkinn, robore auctus, 105. De magis versipellibus dicitur, qvi vires adsciscere creduntur animalium, qvorum formas induunt. Ex eadem ratione *ram-avkin rögn* Numina robore adscititio dixit *Hk*. VI. 29. Deos enim suos omnis magiæ & præstigiarum auctores vetustas credidit.

Raudi terra rubra, minera ferrea, 59.

Raumr, vir procerus, longurio, cognomen 185. *Þorst. f. vikings f. þessi raumr geck at hallar dyrum*, i. e. Hic longurio ante aulæ fores accessit. A Celtica lingua deducere possis, secundum Bullet, in voce *ram*, dicentem: *On voit que ram, rim, rym, rum, ont signifié elevé, elevation, au propre & au figuré, tout ce qui est grand, soit en taille, soit en qualité, soit en quantité.*

Rausn, f. animus erectus & alacris, magnificentia, liberalitas, 125. 2) *rausn* idem qvod *lypting*, præstega puppis, camera vel conclave super constrato navis in puppe exstructum. *Noregs kk. tal.*

Reidingr sagma, stratum eqvi clitellarii, 89.

Reidskióti, eqvus, jumentum 350. Etiam *skióti* idem. *Thomas. f. bad ser skióta*; Eqvos expetivit. *Skióti* proprie animal, qvo vehimur terrâ, sicut *skúta* celox, qva vehimur mari. *Skióta* mittere, cito vehere. Conf. *nöckvi*.

Reyna experiri, tentare, 193. à *raun* experientia, periculum. Sed *reyna eptir, ryna eptir*, explorare, inpvirere (res occultas), spectat ad *rúnir* literæ, characteres, cum propriè sit literas legendas diligentius scrutari. *Droplaugar sona f. Hann reyndi eptir morgum hlutum*, i. e. Multas res occultas perscrutatus est. *Hr. Kraka f. Galldramenn sem eptir öllu geta ryns*, i. e. Magi qvi omnia expiscari noiunt. *Glögg-rynn*, runicos characteres accurate distingvens. *Volsunga f.*

Rid f. breve tempus, impetus citò transiens, 290. *A rída* transire. Sed *rid*, n. gradus, scala, *Grettis f.* cap. 21. alibi, à *rída* scandere, ascendere.

Kipting retractus, pacti & contractus solutio, 376. *ripta* solvere, rumpere; Dan. *rippe*.

Rist, f. convexum sive dorsum plantæ pedis, *ristar lidr*, cruris & plantæ commissura, 162. 2) *rist* sartago.

Ródra cruor, 299. *Stiórn: Hafit var ásyndar sem blod eda ródra.* Oceanus sangvini sive cruori similis visus est.

Róma pugna, à clamore & strepitu militari, 387.

Róf, *bróf*, tectum, casa, 9. Alias *riáfr*, *rafr*, tectum.

Rönd f. ora, extremitas; synecdochicè clypeus, inde *randar bot* pugna, 265.

Röng f. costa navis, 73 ubi *rånga mar*, navis. A *rángr*, Dan. *vrang*, obliqvus.

Röst vortex aqvæ, euripus, poët. ipsum mare. *Karms rastir* potus, cerevisia, 288. q. d. mare vasis vel poculi. Vid. *karmr*.

Rúm locus, lectus, it. interscalmium, 390. *ruma tal* numerus interscalmiorum, cujus in æstimanda navium magnitudine respectus habebatur.

Runnr

Runnr virgultum, arbustum, 375. *renna upp* crescere.

Rygr f. mulier, poët. 114,

Ræki, *reki*, f. ultio, vindicta, Ger. *rache* idem. *raki-meidar randar bóts* milites sive viri ultores 266. Vocem etiam habet fragm. msc. pertinens ad *Þordar Hrædo f. Var at þessu giör engi ræki*, Nulla hujus cædis ultio facta est. *Gunnars Þidrandа b. f. Her man mikil ræki at giör*, gravis hujus rei fiet ultio; *reka* exseqvi, ulcisci, Ger. *rechen* vindicare.

S.

Samflot n. duarum pluriumve navium in itinere consociatio, 24.

Sel, *sæl*, domus æstiva, 131. Celt *sel* sedes, habitaculum.

Senna f. lis, altercatio, Ger. *Zank*, idem. *Hildar bir senna*, lis ensium, pugna, 84. *Senna* litigare, *Háva-mál*: *Þremur ordum senna skalattu vid þer verra mann*, Ne tribus quidem verbis rixeris cum homine, qvi te neqvior est.

Serkr tunica, indusium, subucula. Dan. *særk*, AS. *serc* & *syric* idem. 2) Poëtis *serkr* lorica, 177. Conf. *Knytlinga f.* cap. 14.

Set, n. sedes, specialiter sedile vel scamnum ante lectum *Set-stockr* sedile vel trabs ex qva scamnum confectum est 101. Sicut autem lecti, ita hæc qvoqve scamna ad utrumqve hypocausti latus continua serie exstructa fuere; focus autem in medio accensus est, qvo sese scamnis utrinque sedentes calefecerunt. His observatis facile intelligis locum ex *Svarfdæla f. Þorsteinn lá millum setstocka sem hann var lángr til*, *öskubavgr var á adra Lönd hönum*, *enn elldr á adra*, i. e. Thorstenus inter sedilia, (vel sedillum spondas; id est in medio pavimento) exporrecto corpore jacuit, hinc igne, illinc cinerum acervo collocatis.

Sex-álna eyrir sex ulnarum uncia, 393. i. e. Uncia argenti numerata; cum secus uncia argenti ponderata, qvæ nunc Octuplo, tunc sextuplo major erat, ulnas 48. & dein 36. continuit. Conf. *Kristni. f. in append.* pag. 169. Dicebatur vero *sex álna eyrir*, qvo distingveretur à *Þriggia álna eyrir* uncia trium ulnarum, qvæ dimidio minor.

Seida fascinare incantare, 155. vulgo putatur actum qvalemcunque pyromanticum connotare, & cognatum esse verbo *seyda*, *sióda* coqvere. Ita inter alios sentit ipse Torfæus, Hist. Norv. tom. I. pag. 141. Gudmundum Andream, auctorem non satis idoneum secutus. Verum hæc Gudmundi conjectura merito in dubium vocatur. 1) Qvod meli res membranæ nostræ constanter orthographice distingvant inter *seyda* coqvere, *seyd*, *seydr* coctio, & *seida*, *sida* incantare, *seidr*, *sidr* incantatio, fascinatio. 2) Qvia qvoties hæc species incantationis describitur, ignis tunc adhibiti aperte nusqvam fiat mentio; peractum vero fuisse constat exstructo de cespite suggestu, (*Laxdæla f.*) cum alio diræ superstitionis apparatu (*Eiriks f. Rauda*). Ubi, dum veneficus sive venefica

 fervo-

Skips-böfn nautæ, vectores, 39. q. d. navis apparatus, nunc de onere navis, nunc, (ut hic) de nautis ipsis sumitur. Habemus alias *Skip-sögn*, *skip-sókn* nautæ, qvod vero diversum vocabulum est.

Skipveri nauta, 53.

Skóg-gángr exilium, relegatio ad sylvas, 33. *Skóg-gángs madr* exul, hominum consortio ejectus, & ad sylvas damnatus 381. Alias *skógángr* & *skogar-madr* idem. A *skógr* sylva; *leysa or skógi*, ex sylva redimere, exulem civitati restituere. *Niála* cap. 125.

Skökull pertica, temo, hic cognomen, 184. *Alex. s. leysa sköklana frá okino*, i. e. Temones ab helcio solvere. Dan. *skagel*, Sv. *skakel* temo; sed apud Anglo-Saxones *skacul* non temonem, sed jugum ipsum sive helcium notat, sicut Belgice generalius *schaeckel* fibula, catenæ annulus. Dixeris Gothos imitari Latinos, qui suo *jugum* tam helcii qvam perticæ sensum assignant.

Scrida ruina, sive nivis sive terræ & lapidum de monte, 100.

Skutull missile, spiculum, 156.

Slæki-drengr homo, bibax, lurco, glutto, 53. cogn. Ger. *schlucker* idem. A *slóka* deglutire, ingurgitare se (vino, cibis.) *Grettis s.* cap. 21. Ger. *schlucken*, Dan. *sluge* idem.

Smali pecus, grex, armentum; *smalasvein* opilio, 193.

Snekkia navis genus, pristis, 243. Inter naves longas veteres numerasse discimus ex *Jons. s. Helga: Atti tvö lángskip, var annat dreki gódr, enn annat sneckia.* Duas naves longas habuit, qvarum altera draco pulcherrimus (navis draconis specie), altera pristis fuit. Qvantum ad nomen, dicitur AS. *snacca* celox, Belgis, m in n mutato, *smacke* navis oblonga, certè à *snackr* cocles, limax; qvin etiam affine est Dan. *snov* (Isl. *snákr*, *snókr*) angvis, qvod non raro de simili navium oblongarum genere dicitur.

Solsetur n. occasus 307. Ubi *millum sólsetra*, inter solis ortum & occasum, vertendum videtur. *þegar sól settiz*, cum sol occideret, *Sciörn* alibi.

Spörr passer *Hk.* I. 20. *Hann lavst spörrin til bana* passerem ictu necavit. AS. *spearu*, Dan. *spurre* idem; nec alienum est Syr. צִפְּרָא passer. Hic cognomen 24.

Sproti baculus 199. AS. *spreota*, Belg *spriet* baculus, pedum. Videtur idem ac Ger. *sprosse*, Angl. *sprout*; surculus, germen, qvod à *spretta* crescere, germinare.

Stack-gardr foenile, septum foeni congesti, 83. *stackr* meta, cumulus, *bey-stackr* strues foeni. 2) *Stackr* clamys tunica.

Stafu-rum locus vel spatium in puppe, 37. Ubi verba in ordinem sic puto redigenda: *Erat stafn-ruins* (vel sec. var. lect. *stafn rúms*) *of þegn á þilium*, i. e. Non est puppis spatium (qvantum satis) circa virum (ɔ: mihi ipsi), in foris navis Constructio Genitivi cum verbo substantivo exemplo non caret, sic enim veteres dixerunt: *draums var mer* somniavi, per

per somnium vidi *Fostbrædra. f. Stibra* in append. alibi.

Skalli, stallr ara, pulvinar, scamnum, qvo simulacra deorum collocata sunt, 299. Alias *stallr* præsepe, it. qvodvis scamnum, vel terra scamni formâ aggesta. *Hattar stallr*, ara pilei, i. e. caput, poët. 104. Ubi ex var. lect. *Halldi yfir mer hattar stalli*, caput meum (vitam) conservet. Secus in hujus loci versione verbum esse supponitur *stalla* vallare, munire, protegere.

Stiaka concutere, discutere 334.

Stödull area sive locus sub dio, quo pecora æstate de pascuis coguntur, ibidemque mulgentur, 68. Norv. *staule* idem.

Striugr m. decocti vel sorbilli genus minus delicati, *gefa striúg fra ser*, aspera verba evomere, gravibus conviciis uti. Huic voci asperitatem proprie notanti accedere videtur *strygi* pannus lini asperior & crassior, nec non Sv. *strug* asper et infensus animus. Hic *striugr* cognomen.

Sula pila, columna, 14. Ger. *saul, seule*, idem. 2) *sula* mergus.

Sumar auki epactæ sive augmentum æstatis 135. Gentiles Islandi, aliqvot ante prædicatum Christianismum annis, ut computum suum secundum solis cursum corrigerent, septimæ cuique ætati hebdomodam unam adjecerunt; teste Arii schedis, editis Skalh. pag. 4.5.

Sütt f. morbus, 175. Ubi *sæfaz sütlaust*, Interire sine morbo; de gladio cæsis. Sic *Jóns. f. Helga. Eptir þat tók prestr sütt mikla, —— la hann lengi i sottinni*, i. e. Postea sacerdos gravem morbum nactus est, —— quo diu decubuit. 2) *Sütt* moeror, tristitia; sensu hodie recepto. Ita Latini suum *ægritudo* non secus ad animi qvam corporis dolorem transferunt. Pro *sütt*, vulgo dicitur *sott*, Dan *sot*, morbus, qvæ eandem esse vocem nullus dubito.

Svipr motus, *sverda-svipr* pugna; *svipniord-ungar sverda* milites, 175. Plura de hoc vocabulo habet Synt. Bapt. Gloss. pag. 71.

Svolnir Othinus, *Svolnis-gardr* impetus Othini, pugna, 177.

Sydstr austro proximus, 23. Alias *synnstr*, idem.

Sylgr potus, *þar feck örn sylg*. Ibi aqvila potum nacta est, 178. Sic *Sturlúnga saga*, X. 8. *Sylg gafo ver ylgi*, i. e. Potum (sangvinem) alcæ dedimus. A *Svelgia* glutire, Germ. *schwelgen*.

Systrungr materteræ vel amitæ meæ filius, 105.

Sæbafi mare tenens, i. e. Per mare oberrans, recti cursus oblitus, 5.

Sæki, imperf. *sótta*, qværo: *er hafit sottiz*. cum magnam oceani partem emensi essent. 39. *Happ sotti þic*, Felicitas tibi contigit, 153.

Sækitivar (*Svolnis gards*) petitores belli, milites, 176. A *Sækia* petere, progredi, impetum

petum facere. *tifar* absolutè positum deos vel divos notat, sed secundum Eddam deorum nomina adjectâ suâ restrictione hominibus competunt. Malim tamen hic pro *Seki* legere *sækir*, *sekir* rei, exules; de talibus enim contextus loqvitur.

Sata insidere, insidiari, it. Obvium esse, occurrere, convenire, h. l. æqvivalere, 393.

T.

Tada, f. campus stercoratus, *Grágås*: it. campi stercorati foenum, 89. A *Tad*, n. stercus, lætamen; *ted*, imperf. *tadda*, stercoro, læto.

Tafn, m & n. Oblatio, victima, pag. 361. Ubi: *Gavts tafn* victima Othini, i. e. strages. Vocem eodem sensu habet *Stiórn*: *Sæfa mano þeir töfn rettlætis*, i. e. Victimas justitiæ (Deo fideles) immolabunt. 2) *Tafn* esca vel cibus feris Oblatus. *Getspeki Heidr.* *Örn á tafni brendr sat*, i. e. Aqvila cibo (cadaveri) mortua insedit. *Sturlunga f.* VIII. 47. *Vard tafn gefinn hrafni.* Esca corvo data est. *Tafn* ortum est à *ta* offero, præbeo, do, unde etiam Celt. *dawn* oblatio, *donum.*

Taska pera, bulga 247. Germ. *tasche*, Dan. *taske* idem.

Teigr portio agri sive prati, 279. Alias *tigr*, *tygr*, *tugr*, ductus, tractus.

Teitr adj. lætus, hilaris, facetus, 388. *teiti*, f. hiliaritas. Convenit forsan Belg. *teder*, *teeder* & *teer*, tener, mollis.

Tek, imperf. *tók*, capio. Secundum varias circumstantias variè significat: *Toko breidá fiörd*, in sinu Islandiæ Breidafiörd appulerunt, 223. *Tokuz* inceperunt 209.

Til præpos. (olim *ti*) ad: significatum non raro intendit, qvomodo AS. & Angl. *to*, Ger. *zu*, ubi vertendum venit valde, nimis. *Til fialldan* nimis raro, 383. Sic *Kialnesinga f.* *Til fiarri var ek nu*, i. e. Nimis longè nunc absui. *Til fiölmedr*, Justo plures habens comites. *Hk.*

Timgaz augeri, crescere, maturescere, successum habere, 316. in lectione variante. Infreqvens vocabulum, qvod tamen plus semel habet auctor Lachanologiæ, pag. 3. & alibi. *Timgaz* vel a *timi* tempus, it. successus, felicitas; vel, qvod melius & simplicius, pronuntiatione paulum mutata idem est ac *tingaz*, cui simile *m* pro *n* positi exemplum habes mox in voce *tortima.*

Tingaz produci, accrescere, augeri, generari, sobolescere, 316. *Þá er oss tingadiz*, cum res nostræ incrementa caperent, (i. e. succederent, & fortuna nobis faveret) *Sturlunga f.* lib. IV. 20. Obsoluit forma activa *tinga* (p[illegible]iá) offerre, proferre, generare; qvod respondet, Ger. *zeigen* exhibere, *zengen*, AS *tygan*, producere, generare.

Tingl lunula, ornamenti genus, 218. Ubi *enni tingl*, galeæ frontem sive frontale qvoddam haud dubiè notat; sensum habere videtur ab affini *túngl* luna, orbiculus. Favet huic interpretationi *Heimskringla* III. 19. ubi naves

 lau-

laudantur: *Med gínandi böfdum oc gröfnum tinglum*, i. e. Cum rostris hiantibus & exsculptis ornamentis. Videmus hic *tingl* in navi adhibitum fuisse, qvod ibidem amplius probatur lib. IV. cap. 7.

> *Alm drosar fór eysu*
> *el-runnr mörum sunnan*
> *trionu tingls á græna*
> *tveim einum sel meina.*

Qvæ in ordinem sic redigo: *álm-drósar el runnr for sunnan tveim einum eysu meina mórum á tingls trionu græna sel*, i. e. Vir bellator ab austro (ex Dania) profectus est duabus tantum navibus per navis viridem tabernam (ↄ: per mare). Nec non lib. VI. 123.

> *Ferd kom belldr i barda*
> *bnito reyr saman dreyra,*
> *tungl scáruz þá tingla*
> *tángar, ormr binn lángi.*

In ordinem sic redigo: *Ferd kom sunnan ormr binn lángi i belldr barda dreyra reyr bnito*, *tungl skaruz þá tingla tángar*. i. e, Hoc itinere Draco longus (navis sic dicta) in valde durum gladiorum collisionem (pugnam) incidit. Tunc lunæ navium (ↄ: scuta) accisi sunt. Qvibus locis *tingls triona* & *tingla tö*[illegible]*vis* vocari videtur. Alii tamen, qvo jure vel auctoritate nescio, *tungl* graitiën recens natum intellexerunt.

Trióna, *tryni*, rostrum; *gínandi trióna* rostrum hians, rictus distentus, 299. Ubi de navis acrostoliis sermo est.

Tortyna vel *tortina*, abjicere, perdere, 294. Pro quo *Stiórn* habet *tortima*, eoque sensu: *Ollu þvi er þeim þotti eigolegt villdo þeir eigi tortima*, i. e, Qvicqvam eorum, qvorum illis possessio utilis visa, perdere noluerunt. Componitur à præpos. insepurab. *tor*, Germ. *zer*, respondente Lat. *dis*, & *tyna* perdere, vel *tina* dare, exhibere, vel denique *tima* dare, communicare, qvæ omnia invicem cognata.

Tröll n. monticola, gigas, hominum genus quod malis magiæ artibus instructissimum credebatur, unde 2) *Tröll*, qvisque magus maleficus vel maga malefica, & denique 3) Malus spiritus, dæmon. Convenit Germ. & Dan. *droll*, *drol* spectrum domi oberrans & variis negotiis satagere visum, qvod derivant à *drenlen* discurrere, itare; (radix, qvæ feris etiam hominibus nomen facile dederit.

Tröllaukinn viribus giganteis sive magicis auctus, ferociæ giganteæ nonnihil habens. 26.

Tröllskapr, & *trillska* indoles vel ferocia magica, 271.

Tundr-ör malleolus, jaculum ignitum, 212. describit *Yngvars. s. Sveinn lagdi ör a streng, enn tundr var sett fyrir orvar oddinn, sva mikit sem manns böfut, med vigdum elldi*, i. e. Svenus nervo sagittam applicuit, cujus cuspidi fomes humani capitis magnitudine adhæsit, cum igne consecrato.

Tyr dei septentrionalis nomen, Gen. *tys*, Dat. Acc. *ty*, *Bárn leygar tyr*, vir, poëticè 362.

Tylft duodecim, dodecas, it. testes duodecim, 83. vid. *kvöd.*

U.

U.

Uargr. impiger, ſtrenuus, acer. Hic cognomen, 38. *Argr* piger, deſes, ſocors. Sunt qvi ab *u-argr* deducunt *vargr* fera, lupus; ſed perperam.

Uborinn non ſuſceptus, non baptizatus, 108. Qvo ſenſu hoc adjectivum etiam accipiendum videtur in illorum cognominibus, qvi à Chriſtianis parentibus nati, horum tamen ſacris nunqvam initiati ſunt. Conf. 20. 285.

Ufreſkr, vide *Ófreſkr.*

Uppi ſupra, ſuper; *vera uppi* ſupereſſe, vivere, 158.

Utidr infreqvens, it. pauciloqvus, minus familiaris, *bönum var útitt vid ſtiúp-modr ſina* Novercæ ſuæ minus favit, 304. *Tidr* uſitatus, creber, frequens; it. multiloqvus, verboſus, familiaris, *Ol. ſ. Helga.* alibi.

Uti-viſt manſio ſub dio, i. e. longior navigatio 303.

V.

Val-dögg pluvia ſtragis, i. e. ſangvis, 177.

Val-köſtr cæſorum cumulus, 173. *Köſtr* cumulus, ſtrues.

Valldr potens, validus 387.

Valr ſtrages 388. q. d. electio, qvi enim in prælio cæſi, ab Othino eligi credebantur, qvi inde *val-fadir* cæſorum pater dictus eſt. *Vel* eligo, *vál* electio.

Valr accipiter, falco, 177. Hung. *Ölyw* idem. Ad ſuperius vix pertinet; ſed potius à *volando* ita dicitur, vel ſynæreſin patiens venit a *Fugl*, Ger. *Vogel* volucris, ales; falco enim aves plurimas volatu perniciſſimo ſuperat, unde nobis qvandoqve *Fugl*, Gallis *Oiſeau* per excellentiam vocatur. A *valr* oriundum putant Lat. *falco*, Camb. *Gwalch*, &c. qvæ vero Feſtus à *falcatis* ungvibus melius deduxit.

Vangr, *vengi* campus, planities, 362. *á vída vángi*, In loco ſive campo patenti. Ger. Dan. *Wange*, Celt. *Gwen* planities. 2) *Vangi*, *vengi* gena, mala, illa oris plana pars & latus. *Godrúnar*, *kv.* De ſemimortuo: *Vatt vengi fyrir vifs-kniám*, i. e, Genas verſavit ante uxoris genua. Ger. Dan. *Wange*, Celt. *guen*, mala, gena. 3) *vángr*, Angl. *wing*, Dan. *vinge*, ala, qvæ ſe explicat. Omnia iſta cognata videntur.

Var-bulnn minus paratus 109. A *var* cautus, parcus, cujus neutrum adverbialeſcit *vart* parcè, parum, vix. Dicimus & *varliga* cautè, vix, ægre, *Hk.* III. 34.

Ve, pl. ſacra, res ſacræ.

Vedr-ſpár futuram tempeſtatem præmonens 264.

Veg-lyndi animus liberalis, magnificentia, 109. *Veglyndr* adj. magnanimus, generoſus, qvi eſt excelſo animo; *vegr* m. honor, *lund* f. *lyndi*, n. Dan. *lund*, animus, indoles.

Heidi

Heidi hana heto hvars til husa kom,
Völu velspá, vitti hon Ganda.

i. e. Hejdam vocarunt, qvocunque ad ædes venirit, parcam illam bene vaticinantem: hæc lupos (vehicula magica) fascinavit, vel fascinando paravit.

Vogr, *vagr* mare, Ger. *woge* unda, fluctus. *Hymiskv. Veörr kvadz vilia á vag róa*. i. e. Acer rerum sacrarum vindex (Thor) velle se dixit in mare piscatum ire. 2) Specialiter *vagr*, *vogr* angustum maris brachium 93. 3) specialissimè pus, humor ulceris, *Stiörn: vella manto hrufo oc vagi*, scabie & pure cutis tua implebitur.

Vettr, *vattr*, m. *vatti* n. testis, qvi conscius est, 300. Anglo-Sax. *vita* idem, à *vita* scire.

Völlr campus, 255. Ubi *tölldu hann hafa völl vidann*, Eum habere latum campum dixerunt, hoc est: ei exprobrarunt, qvod inter pugnandum in statione sua non maneret, & gradu pelleretur.

Völva, *valva*, *vala*, parca, maga, saga 186. Ab initio idem quod *valkyria* parca, Othini ministra, qvæ in præliis præsens pro lubitu vitæ vel morti pugnantes destinavit. A *vel* eligo; *val* electio.

Vatt, *vættr*, *vetr*, f. genius, dæmon, it. venefica, mulier magicis artibus dedita. *Jóns s. Helga*: membr. *Sia vesla vetr sökk þegar ijörd:* Hic infelix daemonculus protinus in terram se immersit, (a terra absorptus est.) Nomen ductum est a multa rerum abstrusarum scientia; nempe a *vita* videre, scire, *vita fram* prævidere futura, de magis, *þrymskvida*. Hinc nostrum vetus *vitkr* magus, Angl. *vitch* venefica. Cfr. *vit*.

Y.

Ydri, *ytri* exterior, 154. Opponitur *idri*, *innri*, interior.

Ysa irritare, exasperare 286. *úfin* horripilus asper, teter.

Yggr Othini nomen, q. d. terribilis, *Yggs teiti* Othini oblectatio i. e. strages 84.

Þ.

Þeli m. densitas, *þeli i jörd*, terræ congelatæ densitas, 383. Dicitur qvando regelata superficie pulvis terræ inferior adhuc glacie consolidatur. Sic *þeli fyrir briósti*, lentor pectoris sive pulmonum, vocem impediens. *Þeli* proprie qvod intus vel subtus est & latet; affine est *Þel* n. fundus, imum, intimum.

Þarfligr utilis 265.

Þiliur f. plur. stega, constratum navis 73. *Þil*, n. tabulatum, Dan. *dæl*, ASax. *dill*, idem, Ger. *diel*, asser, planca.

Amicæ brevitatis tuique commodi studio tribues Lector, quod hæc vocum antiquarum mantissa in arctum & mole libri forsan minus tibi visum contraheretur; in hoc enim secutus sum perillustris editoris voluntatem & prudens consilium, qui missis notioribus rariora solum & alibi non explicata censeri hic & explicari voluit, quare ut huic faveas instituto, meamque ei navatam operam boni consulas spero.

J. O.

